DIATRIBA THEOLOGICA. DE VISIBILI CHRISTI IN TERRIS ECCLESIA. ADUERSUS...

Pétér Pázmány, Friedrich Brenner, Roberto : Bellarmino santo







DIATRIBA THEOLOGICA.

DE VISIBILI CHRISTI IN TERRIS ECCLESIA.

ADVERSVS POSTHVMVM

GVILIELMI VVITAKERI, LIBRVM, CONTRA ILLVSTRISSIMVM Cardinalem Bellarminum.

QVAM

REVERENDVS, AC DOCTISSIMVS DOMINVS, D. FRIDERICVS BRENNER, PHILOSOPHIÆ MAGISTER, pro consequendo in S.S. Theologia Baccalaureatus Formati gradu, defendet Mense die

PRÆSIDE

R. P. PETRO PAZMANI, E SOCIETATE IESV, S.S. THEOLOGIÆ IN Alma Vniuersitate Græcensi Professore Ordinario.

Collg. Rom. Societ. Jesu.

Catal. Inscript.

Bibl. Card. Bellarm.

GRÆCII STYRIÆ,
Excudebat GEORGIVS WIDMANSTADIVS.
Anno M. DC. V.


ALMA VNIVERSITAS GRÆCEN: ARCHID: CAROLO F
IHS



ILLVSTRISSIMO PRÆSVLI
AC REVERENDISSIMO
DOMINO, DOMINO

MARTINO,

EPISCOPO SECCOVIENSI, ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS ARCHIEPISCOPI SALISBVRGENSIS PER vtrámque Styriam Vicario Generalı, &c.
Domino ac Patrono suo obseruandissimo.

TIBI DEBETVR HÆC, Reuerendissime Antistes, pro Ecclesiæ militantis defensione Panoplia; quia tu Ecclesiasticæ militiæ Princeps, quem *Deus præcinxit virtute ad bellum, & posuit vt arcum æreum brachia* tua. *Psalm. 17.*

Dicam quod sentio. Cùm te, ó Antistitum gloria, intuеor, videre videor Iosue illum bellatorem inclitum Sabaoth, qui *non contraxit manum, quam* iubente Domino *in sublime porrexerat, tenens clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hai.* Sic tu *indutus pro thorace iustitiam, & accipiens pro galea iudicium certum, sumensque Scutum inexpugnabile æquitatem,* stas ante domum DEI aduersus multiplex Acherontis portentum: Stas audax, *accinctus fortitudine lumbos,* nunquam retrò laturus gradum, donec *comminuantur* inimici Domini, *sicut conteritur lagena figuli, contritione præualida, & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea.*

Iosue 8. Sapient. 5. Prouerb. 31. Esaie 30.

Quid testimonium virtutis tuæ expecto? Styria *Scutum auxilij tui, & gladium*

Deut. 33.

dium gloria tua loquitur, Carinthia diuinæ virtutis vim prædicat, Clagenfort autem in reliquis, tantum non palam, omnium aſſenſu & vno ore acclamat: *Tu vnus pro decem millibus computaris*, 2.Reg.18. tantò fortior *Samgar, qui percuſſit ſexcentos viros vomere*, tantò validior Samſone, 1.Jud.3. qui *in mandibula aſini percuſſit mille viros*, Jud.15. quantò maioris virtutis eſt, *gladio Spiritus, quod eſt verbum Dei*, principem tenebrarum proſtrauiſſe, quàm hominum quantumuis innumeras interemiſſe phalangas. Ephes.6. Proſtrauiſti tu armis virtutis & fidei, atque adeò proſtrauiſti, vt hæreſi profligata, ſincera Romanæ Eccleſiæ doctrina, ſummo omnium retineatur conſenſu. Macte generoſe animi impetus; Tibi illud (abſit verbo iniuria) quod Diomedes aliquando æneæ, paucis commutatis, acclamauero. *Si*

Virg. *duo præterea tales*, Germana *tulisset terra viros, versis lugeret* hæresis *fatis*. Quid igitur mirum, si pro Ecclesiæ militantis

Ephes.6. gloria *contra spiritualia nequitiæ* propugnanda, ingenij mei arma, eius Herois manibus committam, qui Ecclesiasticæ militiæ Princeps es acerrimus ? Imò & astrum in hoc militantis Ecclesiæ cælo fulgidissimum. Luces & influis. Lucet in te incredibilis diuinæ religionis cultus, & ardentissimum pietatis studium. Influis; in omnium scilicet animos humanitate & clementia velut imber serotinus, atque ita influis, vt efferatas quantumuis mentes, tuis integerrimis, & omni suauitate conditissimis moribus emollias, cicures, & quasi quibusdam humanitatis funiculis ad te trahas, vt qui te paulo ante, sui discriminis nescij, tanquam noxium & malum aliquod refu-

fu-

fugiebant, ij nunc ad te, tanquam ad clarum & beneficum ſidus certatim aduolent, te tanquam de cælo lapſum ſuſpiciant, venerentur, ament, tibiq́; incolumitatem ſuam, ſecundum Deum deberi, palam confiteantur. Influis. Quia ſemina virtutum pectoribus hominum ſparſa, roſcida tui ſideris vi, in amænisſimam frugem adoleſcunt.


Quocirca ſub aſpectum aſtri huius, volui, vt prodiret hic puſillus ingenij mei partus: ſperans fore, vt ei radium benignitatis tuæ immittas, communiceſque incrementum. Eum igitur tibi Reuerendisſime Antiſtes, tanquam teſtem ac perpetui obſequij obſidem, Dedico conſecroq́ue.

R. D. T.

humillimus cliens

M. Fridericus Brenner.

AN-



ANTILOQVIVM AD LECTOREM.

COEtvm aliqvem, a vindice salvtis nostræ, sepositum esse cui sacra legesque suas ipse commiserit, quem *a* supra Petram, suis ipse manibus, adeò firmis imposuerit substructionibus, vt nullæ illum inferorum vires labefactare, nedum conuellere possint, notiùs est, quàm vt vlla probatione indigeat. Hanc à *b* gratuita miserentis Dei vocatione Ecclesiam, *c* vt olim à Congregatione Synagogam, Hanc *d* Ouile vnicum Principis pastorum, Hanc *e* sponsam Christi, quam speciosis ornatam dotibus omnis futurorum bonorum promissio spectet, Hanc *f* Corpus Christi, Hanc *g* Ciuitatem cælestem, Hanc *h* veritatis columnam, & *i* templum in quo Devs ipse, *k* æternum habitet, Sacræ litteræ indigitant. *l Huius in Symbolo Confessionis ordo, Trinitati subiungitur, tanquam habitatori domus sua, tanquam Deo templum suum, & conditori ciuitas sua. m Hæc sola est, quæ verum cultum retinet, hic est fons veritatis, hoc est domicilium fidei, hoc templum Dei: quo si quis non intrauerit, vel à quo si quis exierit, à spe vitæ ac salutis æternæ alienus est.*

Quamobrem, rectè Cyprianus Martyr alicubi dixit; *n Habere non posse Deum Patrem, qui Ecclesiam non habeat*

Ma-

a Mat.18.v.17
b 1.Pet.2.v.9.
c August.initio inchoata Expos. ad Rom
d Joan.10.v.16
e Ephes.5.v.24 26.32. Apoca. 19.v.9. 2.Cor. 11. v. 2.
f Ephes.1.v.23. cap.4.v.16. cap.5.v.23. Colos.1. v. 18. 24.cap.2.v.19.
g Apo.20.v.10.
h 1.Tim.3.v.15
i Ephes.2.v.21.
k Mat.28.v.20
l Aug. Enchir. cap. 56.
m Lact. lib. 4. cap. 30.
n De Vnit.Eccle.n.20. Arcæ similitudinem vrget Aug. de Vnit.Eccl.cap. 5.lib.5.de Baptis. cap. vlt. 1. Pet.3.v.20.

Matrem; Si potuit euadere, qui extra arcam Noe fuerit, & *qui extra Ecclesiam foris fuerit, euadet:* a *Vnus Deus, una Fides, una Ecclesia est, scindi vnitas non potest, nec corpus discidio compaginis separari: quidquid à matrice discesserit, seorsim viuere, aut spirare non potest, substantiam salutis amittit.* Igitur, b *Extra Ecclesiam totum haberi potest, præter salutem,* inquit Augustinus, *Haberi Sacramenta possunt, Euangelia possunt, sed nusquam, nisi in Catholica Ecclesia, salus inueniri potest.* c Quisquis enim *ille est, qualiscunque est, qui in Ecclesia Christi non est, Christianus non est;* d *Frange ramum ab arbore, fractus germinare non poterit; A fonte præcide riuum, præcisus arescit; Sic,* e *Ad salutem peruenit nemo, nisi qui habet Caput, nisi qui in eius corpore fuerit, quod est Ecclesia.* Igitur, f *quisquis ab Ecclesia separatus fuerit, quantumuis laudabiliter se viuere existimet, hoc solo scelere, quòd à Christi vnitate diuisus est, non habet vitam.* Nouatores ipsi, g *Extra Ecclesiam salutem non esse,* palàm profitentur. Nec solùm illud, à Patribus acceptum, approbant; h *Quibus Deus est Pater, Ecclesiam ijs debere esse Matrem,* verùm illud quoque, de Visibili Ecclesia tradunt: i *vel vnico Matris elogio discendum, quàm vtilis, imò necessaria, sit nobis eius cognitio, quando non alius est nobis in vitam ingressus, nisi nos ipsa concipiat in vtero, nisi pariat, nisi nos alat suis vberibus, denique sub custodia sua nos tueatur, donec exuti carnem similes erimus Angelis; Neque enim patitur nostra infirmitas à Schola nos dimitti, donec toto vitæ cursu discipuli fuerimus. Adde quòd extra eius gremium nulla est speranda peccatorum remissio, nec vlla salus.*

Hinc factum, vt plerique k veterum, qui circa Fidem naufragauêre manifestos hæreticos, nec Christianos quidem nominandos, nedum Christi promis-

 sio-

a *Cypr. ibid. cap. 13.*
b *Aug. Concion. ad Cæsar. de Gestis cum Emerito, post medium. To. 7.*
c *Aug. Tom. 10 Serm. 1. in Vigil. Pentec. c. 12*
d *Aug. ex Cypriano libro 2. cont. Crescon. cap. 33.*
e *Aug. de vnit. Eccles. cap. 19. & 2.*
f *Augu. Epist. 152. 4. de Bap. cap. 1.*
g *Philip. in loc. tit. de Baptism. paruulor.*
h *Calui lib. 4. c. 1. n. 1. ex Cyp. Aug. Epist. 50. in fine, lib. 4. de Sym. c. 13. Gregor. 14. Moral. c. 2.*
i *Calu. ibid. v. 4.*
k *Aug. supra Hieron. contra Lucifer c. 1. & 5. Lact. lib. 4. c. 30. Theodos. L. Damnato. Cod. de Hæreticis.*

a Tert. de præscrip. cap. 7. 14. 16. 37.
b Cypr. de vnit. Eccles. n. 48.
c Cyp. Epist. 73 initio Lact. li. 4. c. 30. Aug. de Fide & Sym. c. 10. de pastor. cap. 14.
d Tert. 4. cont. Marcion. c. 5. nu. 44.
e Cont. Lucif. cap. 9. in fine.
f Iren. lib. 3. cap. 4.

sionum participes esse docuerint. *a Si enim hæretici sunt, Christiani esse non possunt. b Et quemadmodum Diabolus Christum sæpè mentitur, Christus tamen non est: ita nec Christianus videri potest, qui non permanet in fidei veritate.*

Quæ cùm ita sint; vt hæretici omnes, *c Simiarum instar (quæ, cùm homines non sint, homines imitantur) Ecclesiæ Catholicæ authoritatem sibi vendicant, cùm ipsi in Ecclesia non sint*; Et, *d vt vespæ fauos, ita hi quoque Ecclesias faciunt, non Apostolicas, sed apostaticas, sed* (quod Hieronymus alicubi dixit) *e Antichristi ex hoc ipso Synagogas, quod postea instituta sint,* Sic veteres illi Catholicæ veritatis defensores, summa cura & vigilantia, in id incubuerunt, vt vera Christi Ecclesia à cœtu Sathanæ internosceretur. Ea siquidem cognita, *(in quam, f velut in diues depositorium veritas omnis collata est, vt omnis quicunque velit, sumat ex ea potum vitæ, hæc est enim vitæ introitus,)* procliue erat, inoffenso pede doctrinæ salutaris viam decurrere.

g Aug. Conc. 2. in Psal. 30.
h Aug. de vnit. Eccles. c. 5.
i Ibid. cap. 3.
k Cap. 5.

Nec operosum est ijs, qui diuina scripturarum Oracula venerantur (Ethnicorum enim, qui scripturam æquè, ac Ecclesiam, pernegant, diuersa est ratio) velut intento digito Ecclesiam demonstrare. Diuina siquidem prouidentia factum est, vt *g obscuriùs Prophetæ dixerint de Christo, quàm de Ecclesia, propterea, quòd videbant in spiritu, de Christo homines non tantam litem habituros, de Ecclesia magnas contentiones excitaturos.* Igitur, *h In Scripturis Canonicis quærenda est Ecclesia, quarum authoritati, vtrique consentimus, vtrique credimus, vtrique seruimus*; Sed, *i cùm multa in Scripturis figuratè atque obscurè posita sint, quæ interdum fallaci interpretationi consonare creduntur, k Non in talibus rerum figuris quærenda est Ecclesia: sed ea, quæ alicuius indigent interpretationis, interim seponamus, aperta, & manife-*

nifesta eligamus, quæ si in sacris scripturis non inuenirentur, nullo modò esset, vnde aperirentur clausa, & illustrarentur obscura. Sed nimirum lucem istam hæresis ferre non potest, ideoque fumo putei abyssi, Ecclesiam obscurare, & cæcis occulere tenebris laborat, certa, nullum ipsius insidijs locum fore, si suum Ecclesiæ lumen integrum maneat; Cùm (vt Hieronymus inquit) a *omnes falsarum propositionum riuuli, vno Ecclesiæ Sole siccari possint.* Ideoque palàm Nouatores profitentur: b *vt Antæum olim ab Hercule tollendum fuisse à terra matre, antequam ab eo posset vinci, ita aduersarij* (Catholicos intelligunt) *ab ista matre sua, hoc est, ab inani specie Ecclesiæ, leuandi sunt, aliàs non possunt cedere.* Quia nimirum Catholici, Augustini secuti consilium, c *In omni controuersia, ne obscuritate quæstionis fallantur, eam Ecclesiam consulunt, quam, sine vlla ambiguitate, sacræ scripturæ demonstrant.* Ab ipsis igitur Lutheranismi incunabulis plurimi aduersus Ecclesiæ authoritatem, vim ac maiestatem, prodiere libri, quibus id vnum agunt aduersarij, vt, d *omni Ecclesiæ authoritate sublata, suus cuique animus author sit, quid in vnaquaque re probet, quid improbet, Id est, vt non authoritati scripturarum subijciantur ad Fidem, sed sibi scripturam ipsi subijciant.*

Apoc. 9. v. 2.
a *Cont. Lucif. cap. 9. in fine.*
b *Apolog. Anglicana Eccle. fol. 93. Editionis Neapol. anni 1586.*
c *Aug. libr. 1. cont. Crescon. cap 33.*
d *August. 32. cōt. Faust. c. 19.*

Vt verò cæteros nunc prætermittamus; Non pridem admodum, Posthumus GVILIELMI WITAKERI iustæ magnitudinis liber prodijt, in quo Illustrissimi Cardinalis BELLARMINI, atque adeò Catholicorum omnium, certam, indubitatamque de Ecclesia sententiam euertere, infelici, irritoque labore conatur. Quem, quia magno plurimorum plausu excipi video, non abs re futurum iudicaui, si, quantum consueta Thesium breuitas patitur, neruos argumen-

Plessaeum, Sadelem, Hunnium, &c.

 torum,

torum, ac veluti bases, quibus omnis illa WITAKERI moles imponitur, percurrerem, & (vt cum S. Vigilio loquar) *a vitreas hasce sententias, veritatis malleo obtererem.*


a S. Vigil. li. 5. cont. Eutyches.

Quod si expectationi tuæ, si rationi, non satisfiet, Lector Optime, peto à te, ne id rerum vitio, sed partim ingenij mei tenuitati, partim necessariæ Thesium breuitati, quæ singula persequi non patitur, adscribere velis.

Sequar autem lucis & ordinis causa vestigia WITAKERI, & vt ipse in quæstiones sex, sic ego in totidem partes vniuersam disputationem, partiar. Quarum PRIMA, de ijs erit, qui ad Ecclesiam spectant. SECVNDA, Num Ecclesia Christi Visibilis sit, vel Inconspicua. TERTIA, An perpetua. QVARTA, An vllis Fidei morumque erroribus obnoxia. QVINTA, Quæ sint veræ ac genuinæ notæ Ecclesiæ. SEXTA, Num Ecclesia Romana sit hæc, quam quærimus, Christi Ecclesia.




PRI-



PRIMA PARS.

DE IIS QVI AD ECCLESIAM PERTINENT.

I.



T AB IPSA ECCLESIÆ NOTIONE ordiamur: Noui homines, in artem veterem, nouas loquendi formulas, nouas vocum notiones intulerunt, & quoddam velut phantasmatis extruxerunt vallum, ad quod se, quoties veritate premerentur, reciperent. Vt enim illos mittam, qui Sadeelem secuti, Catholicæ Ecclesiæ nomine, κατ᾽ ὅλον quoddam, & vniuersale, cognitione sola, ab omnibus Ecclesijs particularibus abiunctum, intelligunt: Witaker, non aliud Catholicæ Ecclesiæ nomine, significari putat, quàm *a Cætum Sanctorum & Electorum*, seu, *Numerum eorum qui seruantur ab Abel, ad finem vsque seculi*, qua significatione in symbolo quoque vsurpari nomen Catholicæ Ecclesiæ, affirmat: Ego verò primum hunc aditum præstruo, &, Nec Ecclesiæ Catholicæ nomen, vel in symbolo, vel in scripturis, pro solo, ac toto Electorum numero sumi, contendo. Atq; vt ea nunc mittam, quibus inferiùs, *b* sæpè reprobos etiam ad tempus Ecclesiæ membris annumerari: quibus vnam Ecclesiam, *c* malè à Nouatoribus scindi in vniuersalem, & particularem, Malè bipartitam fieri, Malè vniuersalem Ecclesiam, velut Ideam platonicam, aut Chymeram Homericam, extra omnes particulares cohærentem iudicari, manifestè docebimus: Vtar solùm præscriptione Witakeri, qui, *d Nihil doceri aut credi debere (ait) quod expressè Dei verbo comprobari non possit*. Et illud quæro, quo diuini verbi pallio, hanc à se confictam Ecclesiæ notionem conuestiat? Quo loco, quibus verbis, quo interprete, eam scriptura tradat?

Vide Turrian. li. 3. cont. Sad. cap. 6. fol. 107.

a q. 1. c. 2. fol. 8. cap. 3. fol. 16.

b Thesi 10.

c Thesi 7. 13.

d quæst. 6. ca. 3. fol. 735.

a quest.5.c.5. fol.418. Cùm antiquitas vniuersa, cùm ipse Witaker *a* alicubi, Iccirco Ecclesiam Catholicam dici censuerit, quòd semper, quòd vbique, quòd à temporibus Apostolorum, omnibus ætatibus, ac prouincijs Christianis, summa consensione, eandem fidei professionem retinuerit, quòd idem semper docuerit, Nec à seipsa dissentiens, nec extincta, nec interrupta, ad nos vsque peruenerit, & porrò ad finem sæculi duratura sit. Cur nouus homo, nouas vocum notiones, comminiscitur? Certè quidem in symbolo, Catholicæ Ecclesiæ nomine, *numerus Electorum, qui ab Abel, ad finem mundi futurus est*, intelligi non potest: Nam ipso fatente *b* Witakero, profitemur in symbolo, non solùm credere nos, Ecclesiam sanctam esse, verùm etiam, Credere Ecclesiam Catholicam esse, Atque adeò (siquidem, vt Dialecticis notum est, verbum substantiuum, quoties per se, &, vt Dialectici loquuntur, de secundo Adiacenti prædicatur, existentiam significat) profitemur, nos credere Ecclesiæ Catholicæ Existentiam: Quis verò adeò hebes est, vt credat, *numerum eorum, qui ab Abel ad finem mundi seruantur*, iam nunc existere? Quis nesciat id, quod Witaker etiam docet, *c* in Ecclesia non esse eos, qui needum sunt nati?

b q 2.c.3.fol. 202.

c q.1.c.9.fol.75

II.

Catholici igitur, Ecclesiæ nomine, Congregationem significant, diuina Fide, & Sacramentorum communione colligatam. Corpus enim Christi est, Ecclesia, In quo, vt Augustinus innuit, *a* sicut in homine, est & interior spiritus diuinæ Fidei, & exterius corpus, homines nempe Sacramentorum communione colligati: *b Cum in nullum nomen religionis, seu verum, seu falsum, coagulari homines possint, nisi aliquo signaculorum, vel Sacramentorum visibilium consortio colligentur.* Vt igitur in humani corporis membris, præter internum illum nexum, quo eundem spiritum communem participant, exterius quoddam vinculum reperitur, quo partes inter se, ad retinendam animæ vitam copulantur: Sic Ecclesiæ membra, præter internum, quo coniunguntur, eundem Fidei spiritum; Externa quoque Sacramentorum communione, & Fidei professione copulantur, vt hac ratione, *vnus spiritus, & vnum corpus effecti, vno ore honorificent Deum.*

a In Breuic. Collat.3.c.10.

b August.19. cont. Faust. ca. 11. Epist. 118. c.1. Damas.4. de fide ca.13.

Cùm itaque è duplici ista partium Ecclesiæ vnione, Externa

sine

ſinie interiore reperiri poſſit: orta eſt, etiam inter ipſos Catholicos, non tam de re, quàm de nomine diſceptatio. An, qui alterutram coniunctionem ſine altera retinet, Eccleſiæ membrum dici debeat?

III.

Quòd igitur de *a* Catechumenis & Excommunicatis: quòd de *b* occultis hæreticis, operosè diſputat Witaker, ſeque Bellarminum premere arbitratur, quia Illi interdum, iuſti cùm ſint, ad Eccleſiam pertineant; Hi, quia Fide carent, quam ſimulant, ab Eccleſia ſeparentur: Operam ludit, ſuoque abutitur otio. Catholici enim, *c* omnes æquè, fatentur, Catechumenos & Excommunicatos, internum cum Eccleſia nexum habere, ſi Fide & Charitate præditi ſint, licet vnione externa deſtituantur. Contra, *d* occultos infideles, interno deſtitutos, ſolo exteriori vinculo Eccleſiæ copulari, atque adeò non tam membris, *e* quàm capillis vnguibuſque corporis ſimiles eſſe. Fideles autem peccatores, licet internum Fidei nexum retineant, quia tamen Iuſtitia operibuſq; vitæ æternæ meritorijs deſtituuntur, membra mortua, hoc eſt, vitalibus (ſeu, quod idem in præſenti eſt, vitam æternam promerentibus) operationibus deſtituta, nuncupantur. Hæc, inquam, explorata ſunt. Verùm quia Bellarminus, vt ipſe præmonuit, *f* cùm de membrorum Eccleſiæ nexu agit, eum ſolùm reſpicit, qui minimus eſt, externaque ſolùm profeſſione, Sacramentorum communione, ac ſubiectione conſtat, Catechumenos & anathemate percuſſos, noluit Eccleſiæ membra nominare, occultos hæreticos voluit; Tametſi, nec illis internum nexum adimat, nec iſtis aliud attribuat quàm externam coniunctionem, Iuriſdictionem, quam etiam Epiſcopi, occultè hęreſim fouentes, retinēt, &c. Si enim hæretici occulti ad Eccleſiam nullo modo ſpectent, non magis conſtare poterit, quis cætus veram Chriſti Eccleſiam conſtituat, quàm quis mortalium Fidem internam habeat. Non deſunt tamen, *g* qui præcipuum illud ſpiritus Fidei vinculum attendentes, Illos (tametſi non totaliter & omnimodè) Eccleſiæ vnitos, Hos extra Eccleſiam eſſe, pronuncient. Vt enim, qui actu in arca Noe non fuit, ſed potentia ſolùm, actu ſubmerſus eſt; vt palmes, qui actu in vite non eſt; & membrum, quod cæteris actu non vnitur,

a q.1. c.4. 5.6.
b cap.10.
c Ita Bellarm. lib.3. c.2. in fine: cap.3.
d Bellar. lib 3. c.10. init. ibiq; Turre.
e Bellar. lib.3. cap.2. in fine.
Imperfecta membra vocat D.Thom. 3. p. q.8. art.3. ad 2.
f lib.3. c.2. in fine, & cap.10. initio.
g Citati à Bellar. c.10. initio.

tur, vitam non habet; sic *a extra hoc corpus neminem viuificat spiritus sanctus. Non habent spiritum sanctū, qui extra Ecclesiam sunt; b Nec ideò haeretici putandi sunt esse in Christi corpore, quòd Sacramenta eius corporaliter participant.*

Quamuis igitur per Baptismum *c* apponantur Catechumeni ad Ecclesiam, &c, *d* qui per Baptismi ianuam ingressi non sunt, foris sint, quoad externam politiam, & intimum commertium; iusque in bona Ecclesiae; si tamen spiritum viuificantem anteà acceperint, iam modo aliquo ad Ecclesiam spectant: Quare tota haec in modo loquendi est diuersitas, vt Bellar. *e* notat.

IV.

Ad Ecclesiam, quae *a fidelium* seu veram Fidem profitentium, *Congregatio est*, manifestos *b haereticos non pertinere*, constans fuit semper Catholicorum assertio: vtpote qui, *c Fidei naufragio facto, d ruptoque reti* Dominico, *e a nobis egressi, f seipsos segregantes, g Synagogas Sathanae* construunt: Atque adeò, *h purgamenta cùm sint Ecclesiae, i Nulla coniunctione & societate ipsius, sed solius nominis Christiani* (quod ipsum alij non iniuria abiudicant) permiscentur bonis. Et, vt Augustinus ait, *k Dealbati nomine Christiano, nomine tenus sunt Christiani.* Hinc factum, vt tam rigidè Seruator noster monuerit, *l* tanquam *Ethnicos & Publicanos habendos esse, qui Ecclesiam non audiant*; Nec vt eiusdem corporis membra fouendos, *m* sed *fugiendos*, quàm diligentissimè.

Quò magis miranda est eorum temeritas, *n qui in ciuitate Dei omnes indifferenter habere volunt, sicut ciuitas confusionis indifferenter habet omnes Philosophos, inter se aduersa sentientes*; *o Ideoq; nihil interesse censent, in qua quis parte Christum profiteatur.* Et, si palàm tacent, clam fortè illud Themistij animo fouent; *p Placere Deo, quod non capitur, & quod differentibus modis colitur.* Nullam siquidem dissidentium partem refugiunt, sed Zwinglianos ipsos, Lutheranosque, *q fratres & amicos, iure non magna, aut graui*

a Aug. Epist. 50. in fine. b Aug lib. 2. cont lit. Petil. cap. 108. c Act. 2. v. 41. d Trident. Sess. 14. cap. 2. ex 1. Cor. 5. v. 12. patres apud Bell. lib. 3. ca. 3. e li. 3 c. 10. init.

a Conc. Later. cap. firmiter de S. Trinit. b Aug. de Fid. & Symb. c. 10. li. 2. cont. lit. Petil. c. 108. Cypr. supra, alijs apud Bell. lib 3. c. 4. c 1. Tim 1 v. 19 d Luca 5. v. 6. e 1. Joa. 2. v. 19. f Iudae v. 9. g Apoc. 2. v. 9. h Aug. de vera Relig. c. 5. i Libr. qq. Euang. in Matt. q. 11. k Libr. 1. cont. Parme. c. 7. in Enchirid. c. 5. l Matth. 18. v. 16. m Ad Tit. 3. v. 10. Epist. Joan. 2. v. 10. n Aug. 18. Ciuit. c. 51. o Aug. Epist. 48. ante medium: Ita Rhetorius apud Aug. haeres. 72. Crescon. apud eundem lib. 2 cont. ipsum c. 3. Pelagius ex lib. 2. de grat. Christ. c. 23. Dochitae apud Euseb. lib. 6. c. 10. alias 12. p Socrat. lib. 4. c. 33. Sozom. lib. 6. c. 36. q Apolog. Anglic. fol. 61. Vithak. q. 5. fol. 509. Beza. Martyr. apud. Stapl. lib. 1. Doct. c. 18.

ui, dissentientes vocant. Sed vt alia nunc mittam, Id vnum quæro; *a* Si *Fides vna est*, *b* sine qua *impossibile est Deo placere*; *c* Si *modicum legis fermentum, totam* Euangelij *massam corrumpit*: *d* Si, *qui in vno delinquit, reus est omnium*: *e* Si *vno corde & vno ore, idem omnes sapientes*, Deo seruire iubemur: *f* Si *fugiendi, qui dissensiones faciunt*, præter doctrinam quam accepimus: *g Si ob vnum, alterúmue verbum fidei contrarium, multi iam olim ab Ecclesia proscripti sunt, ac damnati*: *h Si probè in sacris literis eruditi, antè quam vnam diuinorum dogmatum syllabam prodi sinant, omne mortis genus libenter amplecti debent*: *i Si nihil periculosius ijs, qui cum integrè per omnia decurrunt, vno tamen verbo quasi veneni gutta, simplicem fidem inficiunt*: Quæ, malùm, est ista in rebus diuinis lasciuiendi libido, & suum cuique sectandi somnium, licentia? Maneat igitur, hæreticos manifestos, etsi in eodem mundi agro, velut Zizania tritico admiscentur, non alio tamen modo ad Ecclesiam pertinere, quàm transfugas milites ad belli Ducem. Nam quòd *k* Witaker, vsu iam doctus Christo contradicere, Agrum illum, in quo hæreticorum Zizania cum tritico miscentur, Ecclesiam, non mundum esse, contendit, nihil moramur.

a Ephes.4.v.5. b Hebr.11.v.6. c Gal.5.v.9. d Iac.2.v.10. e Phil.3.v.16. Actor.4.v.32. Rom.15.v.6. f Rom.16.v.17. Hebr.13.v.9. g Augu.in fine lib. de hæresib. Hieron. Apol. 3.contra Ruff. cap.7. h. Basil. apud Theodoret. 4. hist.cap.17. i Ambros. tomo 4. libro de fide cont. Arrian. c.1. Edit. Paris. fol.259. k q.5.c 19.fol. 659.con.Aug. q.11.in Matth. Et Christum Matth.13. v.38.

V.

Iam verò, Veteres ac Nouos, vel *a* Donatistas, vel *b* Pelagianos, vel vtrosque, imitatus Witaker, *c Catholicam Ecclesiam, ait, non constare bonis ac malis, sed solis bonis*, *d Non partibus heterogeneis sed homogeneis*: Et *e Incestuosum Corinthium, quia peccato conscientiam vastante maculatus erat, in Ecclesia non fuisse*: Hæc enim, *f Sanctorum, & Deo verè credentium* atque obedientium cætus est; *g In quem nulli recipiantur, nisi qui adoptionis gratia Filij Dei sunt*, vt iam pridem conclusêre Confessionistæ. Id verò multis confirmat Witaker; *h* Principiò enim, Ecclesiam, inquit, Christi capitis corpus esse, scriptura docet, *i At peccatores non Christi, sed Diaboli membra sunt*: *Quis verò putentia Diaboli membra Christo connectat?* quæ Christi & Belial conuentio? Mortua membra sunt, inquies, At *non potest Christus membra damnata habere*, ait Augustinus, *saltem absq; k capitis iniuria, atque adeò etiam culpa*

a Apud Aug. Collat. 3. cum Donat.ca.8.& 10.& hæres.69. b Aug.hær.88. c cap.10.fol.89

d fol.87. e fol.46. f Conf. Aug.art.7.& 8. Musculus in locis Com. g Cal. lib.4. c.1.n.7. h Toto cap.13 & 14. i fol.105.130.147. k fol.130.

a Ad Ephes.2. v.21. Coloss.2. v.19.
b cap 7.fol.44
c Mat.16. v.18
d Mat.7.v.24
e Ephe.4.v.27
f Apoc.21.v.9.
g Cant.4. v.7.
h 2.Cor.11.v.2
i 1.Tim.3.v.15
k Hebr.3. v 6.
l Isa.35.v.8.
m Ioelis 3.v.17
n Vithak folio 147.
o Ioan.8.v.44 1.Ioan.3. v. 8.
p fol.147.
q Libro 5. de Bapt. c. vlt.
r Lib.4.c.10.
s Lib.1.ca.17. lib.4.c.2.lib.6. cap.3.

culpa, quòd, curare cùm possit membra sua, negligat. Quid? quòd Ecclesia tota a crescit & augetur. Membra verò mortua nullum augmentum capiunt. b Insuper; *Vna est, nec in frusta secta, Ecclesia, quis verò iniquos à Christo disiunctos esse nesciat?* Ad hæc, Ecclesiam c Petræ impositam, d nullis ventorum turbinibus deijci, Christo docente didicimus, At verò sceleribus coopertos, qui se vltrò perditum eunt, lapsos esse, quis non intelligit? Denique si fex & scelerum cloaca, membris Ecclesiæ annumeretur, quo splendida illa Ecclesiæ ornamenta euanescent? e quòd *macula ac rugis* careat, f quòd *Sponsa agni* nóminetur, g quòd *tota pulchra*, h quòd *Virgo casta*, i quòd *calumna veritatis*, k quòd *templum Dei sanctum*, l quòd *via sancta*, m per quàm alieni non transeunt? Ecquis tandem ignoret n *eos solos esse Matris Ecclesiæ Filios, qui Dei Patris sunt Filij?* Quis verò inimicos Christi, scelerum mancipia, o *Patre Diabolo genitos*, æterni Patris Filios dicere audeat? Addit p Augustini testimonia, qui non vno loco, q *Eos qui seculo, solis verbis, non factis renunciant, ad mysterium arca Noe non pertinere*, docet: r *Qui sunt ex parte Dæmonis, ad vnicam columbam non pertinere*, s *vt sunt Auari, Raptores.*

VI.

a In Breuic. Collat.3. ca.4. 3. de Doctrin. c.32. Cypr. Epist.52.n.78.
b Mat.3.v.12.
c Math.13. v. 47.
d Math.22. v.12.

Sed benè habet; Idem Witaker, labore nos subleuat, sua ipse dissoluit argumenta, seque validis ictibus conficit. Pressus enim Catholicorum argumentis, quibus olim Augustinus a Emeritum Donatistam, eadem sentientem confecerat; Vt, b quòd *in area* magni Patrisfamilias non modò *triticum*, sed & *palea* sint; c quòd *Sagena* Domini, *bonos ac malos* habeat, d quòd conuiuarum aliqui *nuptiali veste* careant; e quòd *fatuæ sint quadam Virgines*, in domo sponsi, sponsam præstolantes; f quòd in *ouili Christi hædi permisti sint ouibus*; g quòd *in magna domo* (quæ Ecclesia est, inquit h Apostolus) *vasa quoq; fictilia*, non sola aurea, reperiantur; i quòd etiam inter eos, *qui foris non sunt*, *audiatur fornicatio*; k quòd, *vt in arca Noe, Ecclesiæ typo, pardus & hædi, lupus & agni, ita & hic, omnium gentium, & morum sunt homines*, Quòd nonnullæ, l & *filiæ* sint, & tamen *spinæ*: His, inquam, sexcentisque simili-

e Matth.25.v.2. f Matth.25.v.32. g 2.Timoth.2.vers.20. Rom.9. v.21. h 1.Tim.3.v.15. i 1.Cor.5.v.1.& 12. k Hieron.cont.Lucif.c.8. l Cant.2.v.2.

missibus scripturis, *a* Ecclesiæ, Patrumque sensu ac consensu, pressus Witaker, quàm bellè sibi constet audi, & risum tene. *b Pij viri, qui sunt in Ecclesia, sæpè peccant grauissimè, graue tamen peccatum non efficit, vt desinant esse in Ecclesia. c* Et rursus, *Fateor quidem multos peccare sæpè, & quidem grauiter, tamen in Ecclesia esse.* Ais itaque, Witaker, quod negas? Annon hoc ipsum est, *d Ad aream, quam diu trituratur, non solùm grana, sed etiam paleas pertinere? quamuis ad horreum non spectent, Imò plures esse malos quàm bonos, vt qui aream videt, putare possit, quòd sola sit palea?* Rectè ergo Augustinus *e Hæreticos Zizania, qui in eodem mundi agro sint cum tritico, malos Christianos paleis, schismaticos spicis corruptis,* similes facit. Sed perge porrò, sensa animi tui explica. Caluini vestigia affectatus, illud audacter pronunciat, *f* Nullum à nobis Dei mandatum, vllo in opere seruari posse; Adeoque cuncta cunctorum opera, meras esse diuinæ legis transgressiones, meras sordes, pollutiones meras. His attexit: *g* Stoicum & hæreticum esse, quędam peccata minuta iudicare, *h cum omnia mortalia sint, mortemq́, æternam mereantur.* Id, si ita est, Annon clarè sequitur, vel nullum in Ecclesia esse, cùm omnes peccatis obnoxij sint, etiam electi, etiam *i* dilectus Christo discipulus (Christum, ac Diuam Matrem, cum *k* Augustino, excipio) vel certè peccatis obnoxios gremio Ecclesiæ Matris claudi? *Quid?* quòd receptum semel in Ecclesia, nunquam eijci, *l* Witaker, & Caluinicolæ fatentur vniuersi: Atqui & Baptizatos à Witakero, Ecclesiæque asscriptos peccare, vsu edocti, scimus: Et (si fortè in Album Ecclesiæ referri homines Caluinico Baptismo neget) Witakeri verba sunt illa, *m Concedimus homines verè iustificatos peccare posse, grauiter offendere, pœnas multiplices mereri, & à gratia recedere.*

a Apud Bella. libro 3. cap. 9.
b quæst. 3. c. 3. fol. 266.
c quæst. 1. ca. 10. fol. 86.
d Aug. in Psal. 47. in illud suscepimus De°.
e q. 11. in Matt. Tomo 4.
f q. 6. fol. 728. Cal. lib. 3. c. 12. v. 4. cap. 14. v. 9. cap. 19. v. 4. Beza, &c.
g q. 6. ca. 3. fol. 730. Calu. li. 2. cap. 8. v. 58. 59. lib. 3. c. 4. v. 28.
h fol. 484.
i 1. Joan. 1. v. 8. Iacob. 3. v. 2.
k Aug. de nat. & grat. ca. 36.
l quæst. 1. cap. 10. fol. 86.
m In Cygnæa Cantione annexa libro de Ecclesia fol. 20.
n fol. 86.

VII.

At vide Sepiam, quæ vbi constrictam se videt, effuso vult latere atramento. *n Magnorum, inquit, peccatorum nomine, solos reprobos, qui post lapsum non resipiscunt, intelligo.* Atqui post longam disquisitionem capitis 7. 8. 9. quibus, soline electi in Ecclesia sint, explicâras, Cap. 10. nouam te, & à priori distinctam, instituere, ais, disputationem, de magnis peccatoribus: Si igitur magni peccatores ijdem, qui reprobi, & fallis, & actum agis. Deinde si

peccatis grauioribus obnoxios, vt fures, adulteros, ab Ecclesiæ gremio non excludis, si idem doces, quod Bellarm: libro 3. cap. 9. quid opus erat tam operosa contra Bellarm: disputatione, quam à cap. 10. ad 14. persequeris? Adde, Quòd vbi semel hos peccatores in Album Ecclesiæ adscribis, necessitatem tibi imponis ipse, omnia argumenta dissoluendi, quibus cap. 13. & 14. magno nisu, probare vis, nullos nisi sanctos, nisi viua membra, in Ecclesia contineri. Verùm scripturam, quoties in Ecclesia reprobos & malos collocat, non de vniuersali Ecclesia, in qua soli sancti & electi, sed de particulari loqui, ait Witaker. Equidem fateor, de illa vniuersali, quam vos somniatis, nusquam in scriptura verbum: Nam, vt posteà docebimus, vniuersalis Ecclesia, quæ extra particulares est, & his omnibus simul, errantibus ac deficientibus, permanere potest, Chymera est. *Sublatis enim particularibus nil amplius remanet:* Dein', Quis dubitet, in Ecclesia, eo modo quo tu vis, vniuersali, Id est, in Ecclesia Electorum, & sanctorum, non esse nisi electos ac sanctos? Si igitur nil aliud vis, quem impugnas? Verùm nos de illa hìc disputamus Ecclesia, quæ veram Christi doctrinam profitetur, quam audire, cui nos adiungere, si salui esse cupimus, debemus, quæ hæresi ac infidelitate prostituendam se Sathanę non subiecit, quocunque tu illam nomine voces.

Ass. 13.

Arist. cap. de Substant:

Illud vltimò ex te quæro Witaker: Si, vt ais, *a Ementita est Fides, quæ cum obseruatione mandatorum coniuncta non est*, quomodo Fides vestra ementita non est, cuius articulus vnus est, Nullum Dei mandatum à vobis obseruari, sed assiduè in cunctis operibus diuina mandata violari?

a In Cyg. Can. fol. 19.

VIII.

Vt occultè moneret Caluiniadas suos Witaker, abuti se nimia illorum credulitate, Quidquid *b* pro se, contra nos, attulit, mutata veluti persona (quæ Histrionum est peritia) dissoluit ipse. Dic igitur, Sodes, Witaker; An quia sancta, pura, immaculata dicitur Ecclesia, nulli idcircò in ea scelesti? *c Res a potiori, & meliori parte denominantur*, inquit, *Ita enim aceruum tritici vocamus, in quo sunt & palea; Vas vini, cui & sua fex inest: Sic Ecclesia etiam particularis, vt Corinthiorum, dicitur DEI Ecclesia, sancta, &c. propter electos, quamuis multi in ea sint, qui ad Deum non spectent.*

b Supra Thesi 5.

c fol. 87.

Vt

Ut enim corpus humanum suam non amittit appellationem, licet in eo sint excrementa, mali humores, membra mutilata; Ita, &c. Perge porrò. *a Ecclesiæ particulares, Domus Dei dicuntur, propter pios & fideles, qui in ijs versantur; b sanctæ dicuntur per Synechdochen propter sanctos.* Nunquid alia suppetunt, quibus tuorum neruos incidas argumentorum? *c Ideo Ecclesia sancta & immaculata dicitur, quia hic talis est inchoatè, postea perfectè talis erit. d Cum enim dicitur maculam & rugam non habere, de sola Triumphante Ecclesia intelligitur.* Vel, vt Augustinus ait, *e de Ecclesia non qualis iam est, sed qualis post hanc mortalitatem futura est.* Nihil his addere opus foret: Addo tamen; Ecclesiam immaculatam, puram esse, Non quidem, si omnium in ea mores spectes, sed si Sacramenta, si professionem, si caput eius, si finem, si Fidem, quæ nullo errore vitiari potest, nec *f* via sancta, hostis antiqui, calcari valet potentia. Addo præterea: qui Filij Dei sunt, ratione doctrinæ, & professionis, posse filios Diaboli esse imitatione, duplicisque velut Reipub: membra effici, cùm sibiipsis contrarij, quod Fide profitentur, *g factis negant.* Imperfecta igitur cum Christo coniunctio, non excludit aliquod cum Sathana fœdus: Nec morte, peccati penitus extinguitur mystici capitis, per Fidem, vitalis influxus, sed solùm perfecta spiritualis vita, & adoptio Filiorum Dei tollitur. Augustinus negat scelestorum omnimodam cum Christo & eius Ecclesia coniunctionem: Negat eos esse viua Ecclesiæ membra, qui scelerum sunt mancipia. Et ipsemet eadem illa, quæ VVitaker affert, loca, retractans, *h* loqui se, ait, de Ecclesia, non qualis iam est, sed qualis futura est, quando gloriosa apparebit.

Idem Bell. lib. 3. c. 9. ad 2.
a qu. 2. c. 2. fol. 171.
b fol. 107.
c qu. 5. c. 9. fol. 519. & 137. Idem August. 2. Retract. c. 18.
d q. 1. c. 2. fol 8.
e Illo. ca. 18. & libro post Collat. c 7. libro 4. cont. duas Epist. Pelag. ca. 7. D. Thom. 3. pa. q. 8. a 3. ad 2.
f Isaiæ 35. v. 8. Ioel 3. v. 17.
g Ad Tit. 1. v. 16.
h 2. Retract. cap. 18.

IX.

Solos igitur prædestinatos, Catholicâ Ecclesiâ contineri docet *a* VVitaker, eò quòd à Magistro didicerit, *b Ecclesiæ fundamentum esse, arcanam Dei electionem.* Hinc aurea illa effata, *c Qui semel in Ecclesiam Catholicam recipiuntur, ij nunquam ab ea eijciuntur. d Qui prædestinati non sunt, eos nunquam sanctos esse potuisse,* Fides enim donum est electorum proprium, quam qui semel habet, nunquam amittit: *e* Quare *semel iusti, etsi peccare, grauiter offendere, pœnas multiplices mereri, & à gratia recedere possint, excidere tamen à gratia non possunt.*

a Cap. 7. 8. 9.
b Calu. libr. 4. c. 1. nu. 2.
c qu. 1. c. 10. fol. 86. Calu. lib. 3. c. 2. nu 11. 12.
d qu. 1 ca. 8.
e In Cygnea Cant fol. 20.

Hæc eo ferè argumento asserit VVitaker, quòd Ecclesia, sancta, immaculata, sponsa Christi, nuncupetur, Quod quoniam ipse iam resoluerat, vt ostendimus: Addit insuper, *a* Omnis, qui *per ostium*, quod Christus est, *intrat*, *b* saluabitur: *Nec c oues Christi peribunt* in æternum: Quamobrem *d* qui *à nobis exeunt*, illos scriptura, *è nobis fuisse* negat, *e* Quis autem nesciat, reprobos omnes exire, saltem in hora nouissima? Demùm vnica est, & eadem Triumphans, & Militans Ecclesia, qui igitur à Triumphante excidunt, ne militantis quidem membra esse potuerunt.

Thesi 8.
a folio 73.
b Ioan. 10. v 9
c Ioan. 10. v. 28
d 1. Ioan. 2. v. 9
e folio 76.

Verùm isthæc omnia, nullo propemodum negotio expedies: vel enim promissiones de non perituris ouibus, per Christum ingressis, eum in modum intelligi debent, quo similes illæ, *f Omnis, qui inuocat nomen Domini, saluus erit*: *g Qui se humiliat, exaltabitur*, *h Qui credit in illum non peribit*, *i Qui facit hæc non commouebitur, &c.* Nimirum, si nihil aliunde impedimenti interueniat: si cætera adsint requisita: si *k ad finem* in bono *perseuerent*, nec benè currere incipientes veluti *l fascino* dementati, *m carne consumment, quod spiritu ceperant*. Vel Ouium nomine, vt alibi quoque *n* in scriptura, soli electi intelliguntur, & non ij omnes, qui in Ecclesię sinu continentur, in quo etiam hædos, olim ab ouibus segregandos, esse constat. Eos verò qui à nobis exierunt, Augustinus alicubi *o* infideles occultos, vel (vt alibi loquitur) *p Qui intus esse videntur*, vocat: qui etsi ad tempus, quoad externam conuersationem, & communionem Sacramentorum, inter fideles erant, cùm tamen illis internè iuncti non fuerint, tandem etiam externa conuersatione ab ijs secreti sunt. Alibi, hos ipsos, ait, *q* esse reprobos, qui ex prædestinatorum numero non erant, Ecclesiæ membra ad tempus erant: Et, vt ipse loquitur, *r propter susceptam temporaliter gratiam, Filij Dei dicuntur, quamuis in finem non sint mansuri Filij.* Deniquе etsi reprobi à Triumphante, atque adeò, à militante etiam Ecclesia, separandi sint, Interim tamen, dum ad tempus Fide, & Charitate, præditi sunt, secundum præsentem statum, æquè Militanti, ac Triumphanti Ecclesiæ, eiusque capiti Christo, vniti sunt.

f Rom. 10 v. 13
g Mat. 23. v. 12
h Ioan. 3 v. 15
i Psal 14. v. 6
k Matth. 24. v 13.
l Gal. 3. v. 1.
m Gal. 3. v. 3.
n Matt. 25.
o Tract. 61. in Ioan.
p Libro 3. de Bap. cap. 18.
q De dono perseu. cap. 8.
r De correp. & gra. c. 9.

X.

Quantò rectiùs Catholici, Reprobos etiam, ad tempus,

Vera

Vera, imò & Viua Christi membra esse posse, tradunt? qui suo tandem vitio excidunt & pereunt, *a Non quia iustitiam simulauerunt, sed quia in ea non permanserunt*: Quàm crebrò, Deus bone, quàm constanter, quanta *b* exemplorum, similitudinumque copia, id scripturæ diuinæ tradunt? Et vt breuitatis causa multa prætermittam, Si fundamentum Ecclesiæ, arcana Dei electio est: Si, vt Caluinus crebrò docet, *c* Antequam nati, antequam Baptismo renati sunt electi, iam viua sunt Christi & Ecclesiæ membra, Cur igitur Witaker, Paulum Apostolum, Cur cæteros *d* electos, ante vocationem, Ecclesiæ membra esse pernegas? An non id est apertè fateri, Fide & Vocatione Ecclesiæ membra constitui, non Electione? Præterea, Si omnes, qui Fide diuina instructi, iustificationis gratiam consequuntur, vera sunt ac viua Christi & Ecclesiæ membra, vt *e* ipse fateris, & per se liquet: Si hi ipsi, vt sæpè fit, *f* Paulo attestante (quanquam id, vt vidimus, VVitaker disertè pernegct) *à gratia excidant*: Si, *Fidei g naufragium* faciant: Si multi à Fide *h aberrent, excidant, prolabantur*: Si *i ad tempus credentes recedant*: Si *benè*, *k currentes, incipiant non obedire veritati*: Si *l* palmites in Christo existentes exscindantur: Si, *m* qui spiritu cæperunt, carne consumantur, Si *n* Deus minetur, iustum, qui se à iustitia auertit, periturum: Si *o* hortetur Apostolus, vt, qui stat, videat ne cadat: Si *p* vereri idem videtur, ne fortè reprobus efficiatur: Si *q* quidam à Charitate prima excidant: Si *r* è multis vocatis pauci sint electi: Si *s* Saul electum & bonum abijciat Dominus: Si *t* Salomonem, amabilem Domino fœdissimus lapsus occupet: Ecquid dubitabis adhuc, VVitakere, Eum, qui semel iustus ac fidelis fuit, Eum, *u* qui annumeratus inter Apostolos, sortem ministerij eorum nactus erat, excidere, perire posse, quantumuis antè Ecclesiæ ac Dei Filius fuerit? Ad hæc; An non baptizati omnes *x* apponuntur Ecclesiæ? An non *y* omnes, omnes inquam, omninò omnes, qui baptizati sunt, Christum induerunt? An non *z* omnes in vnum corpus baptizātur? atque ideò, An non omnes Ecclesiæ membra sunt? Et tamen quis dubitet plurimos horum, qui vel hæresibus seipsos segre-

a Aug. de correp. & grat. cap 9.
b Vide Thes. 6.
c Calu. libr 4. cap. 15. n. 20. & 22. c. 16. v. 24.
d q. 1. c. 3 fol. 16 & ca. 7. fol. 49. Idem de se Paulus Gal. 1. v. 13. 1. Cor. 15. v 9. De alijs Ephes. 2. v 1. 2, 12. Ephes. 5. v. 8.
e qu. 1. cap. 5. fol. 29.
f Gal 5. v. 4.
g 1 Tim. 1. v. 19
h 1. Tim. 1 v. 6. cap. 4. v. 1. ca. 6. v. 10. Hebr. 6. v. 4. Act. 20. v. 30. 2 Timoth. 2. v. 18.
i Luca 8. v. 13.
k Gal 5. v. 7.
l Ioan. 15. v. 2.
m Gal. 3. v 3.
n Ezech. 18. v. 24. 26.
o 1. Cor. 10. v. 12
p 1. Cor. 9. v. 22.
q Apoc 2. v. 4.
r Matth 20. v. 16. Rom. 1. v. 7. 1. Corinth. 1. v. 2. 9. 1. Pet. 2. v. 9.
s 1. Reg. 9. v. 2.
t 2 Reg. 12. v. 25.
u Act. 1. v. 16. Psal. 108. v. 8.
x Act. 2. v. 41.
y Gal. 3. v. 27.
z 1. Cor. 12. v. 13.

ſegregant, vel corruptis moribus inquinant, æternum perituros? Quid? quòd ſi electi ſoli, Catholicam Eccleſiam conſtituant, nemo penitùs, quænam ſit Chriſti Eccleſia internoſcet, nec quæ vera ſcriptura, quæ Sacramenta legitima, nec ſexcenta ſimilia, quorum veritas, nobis quidem, non aliunde quàm per Eccleſiam Chriſti innoteſcit.

Mitto plurima vel ipſis ridenda pueris VVitakeri Sophiſmata, mitto quàm non ex Fide, multis locis, Bellarmini ſententiam proponat, ſed in ſenſus alienos, à ſe malignè confictos, vel non intellectos, apertè detorqueat: Theſium enim breuitas, omnia perſequi non patitur.

PARS SECVNDA.

CHRISTI ECCLESIAM VISIBILEM ESSE.

XI.

a queſt. 2. ca. 1. fol. 161. CArpit aduerſarius Turrianum, *a* quòd Eccleſiam dixerit, partim Aſpectabilē eſſe in terris, partim Inconſpicuam in cælis: Ac ſi id non ſit aliud, quàm totam Eccleſiam; & viſibilem facere ſimul, & inuiſibilem. Qua de re Turrianum ipſum loquentem audi. *Turria. libr. 3. cont. Sadeel de Eccleſ. part. 2. cap. 4.* *Non deſinit Viſibilis eſſe Eccleſia Catholica, quæ eſt in terris, eò quod vna ſit cum illa cæleſti, & Inuiſibili: Nec cæleſtis illa Viſibilis dicenda eſt, quia vna eſt cum hac, quæ in terris eſt. Vna igitur eſt tota Eccleſia, partim Viſibilis, partim Inuiſibilis, vt & homo vnus eſt, partim viſibilis, corpore; partim inuiſibilis, ſecundum animã.* Sed & Bellarminũ *b queſt. 2. ca. 3. fol. 193.* ſecum pugnare non ſemel ait: *b* Quòd in Eccleſia Fidem, Spem, Charitatem neceſſariam eſſe dicat, *c fol. 203.* *c* doceatque, veræ Eccleſiæ veram Fidei profeſſionem ſemper ineſſe, qui antè docuerat; internas virtutes non requiri in occultis hæreticis, vt Eccleſiæ membra conſtituantur. Multa his ſimilia, hiſque nugatia magis, ſparſim

videas

videas in VVitakero. Scilicet ſibi contradicat, qui Angliam, æris & auri abundantem pronunciet, illud addens, nihil æris & auri neceſſum eſſe ad hoc, vt quiſpiam in Anglia ſit. Sed miſſis VVitakeri nugalibus, quæ libros integros expleant, rem ipſam videamus.

XII.

Cùm diſputamus, An Eccleſia Chriſti viſibilis ſit; non quærimus; An homines, quibus Eccleſia conſtat, & externa aliqua Societatis illorum ſymbola, oculis vſurpari poſſint: Id enim cui dubium? Nec, An cœtus prædeſtinatorum ſit cognitus mortalibus: quis enim, præter ſupremum Numen, hunc internoſcat? Sed nec illud, Num certò conſtare poſſit, aliquam in terris Eccleſiam eſſe, quæ Chriſtum profiteatur, ſiue illa retineat veritatem doctrinæ, ſiue non: cui enim id obſcurum ſit? Ne illud quidem, quod *a* Witaker putat, An eſſentia & veritas Eccleſiæ oculis corporeis cerni & internoſci poſſit, adeò, vt oculis ipſis indicibus, quæ vera ſit Eccleſia, percipiatur: Quis enim niſi amens neſciat, eſſentiam Eccleſiæ, & eius in Fide puritatem, non niſi Intellectu percipi? Certè ſi oculis videretur, nulla poſſet, inter ſana capita, lis de Eccleſia ſuboriri. Demùm, non eſt quæſtio, *b* An Eccleſia Catholica, vt eſt aggregatio omnium particularium Eccleſiarum, ſimul videri poſſit; Vt enim nec totus fluuius ſimul, ſub vnum aſpectum cadit, Sic nec omnes particulares cœtus, diuerſarum vrbium, prouinciarum, regnorum. Solùm igitur (quod probè tenendum, vt Scopus diſputationis conſtet) quæritur; An Chriſti in terris Eccleſia, quæ veram ac ſalutarem doctrinam, non falſam, non erroneam, non hæreticam, profitetur, certis quibuſdam indicijs ac ſignis, certò ac ſine vlla ambiguitate cognoſci poſſit. Vel potiùs, nulla omnino ſit ratio, Synagogam Sathanæ à cœtu Chriſti, fimetum erroris à concluſo ſponſi horto, tenebras à luce, veritatem ab errore, Chriſtum à Dæmone, diſcernendi. Cùm ergo Chriſti Eccleſiam, (hoc eſt, quæ veram Chriſti doctrinam, non errores & hæreſim, profitetur,) Viſibilem eſſe dicimus, id ſolùm dicimus: Quænam ſit in terris vera Chriſti Eccleſia, cognoſci à nobis poſſe, non quidem oculo corporeo (nam & à natiuitate cæcus, & pòſt, oculis captus, eam noſſe poteſt) ſed Intellectu: Eò,

a folio 204.

b Vt putat Vithak. ex Sadeele fol. 218.

quòd certa sint Christi Ecclesiæ indicia, certa symbola, certa signa & attributa, Diuinitùs in scriptura reuelata, quæ sensu, experientiaque ipsa deprehendi possunt in aliquo cætu.

XIII.

a Calu. libr. 4. c. 1. n. 7. Hun. part. 1. de Eccl. fol. 10. Vithak. qu. 2. cap. 1.

a Filij igitur tenebrarum veriti, ne, quos imposturis fascinarunt, apertis aliquando oculis deprehendant, cætum ipsorum, cætum gregis errantis; Ecclesiam, penitùs Inuisam & Inaspectabilem esse docent: vt plebs, desperata eius cognitione, ab ipsa quoque inquisitione animum auertat. Idcircò enim Ecclesiam solis electis constare docent, vt eam penitùs ignotam reddant mortalibus.

Ita Hun. Vithak.

b Thesi 1. & 10. c Ioan. 10. v. 16 d Symbolum Apostolorum. e August. 3. de Doctr. Christ. cap. 32. f Calu. libr. 4. c. 1. n. 9.

Sed hîc fraudem, & erroris incrustationem vide. Caluino duce, Ecclesiam duplicem faciunt. Vnam Catholicam, Electorum: Alteram Particularem: illam Inconspicuam, hanc Visibilem aiunt, hoc est, incauto fucum faciunt. Vt enim, quæ suprà *b* dicta, prætermittam: Vt taceam plurima, quibus, *c* vnicum esse ouile Christi, *d* vnica Ecclesia demonstratur. Vt de Augustino nihil dicam, *e* qui Tyconium Donatistam, hoc ferè modo duplicem Ecclesiam comminiscentem, grauiter reprehendit. *Quamuis enim Domini corpus non sit, quod cum illo non erit in æternum, Nunc in vno sunt, non tamen semper in vno erunt: Hypocritæ verò ne nunc quidem cum illo esse dicendi sunt*, hæretici scilicet. Certè Caluinus ipse *f Vniuersalem Ecclesiam* ait esse, *multitudinem, ex quibuscunq; gentibus collectam, quæ interuallis locorum dissita, in vnam diuinæ doctrinæ veritatem consensu, & eiusdem Religionis vinculo colligatur; Sub hac singulæ Ecclesiæ, quæ oppidatim, & vicatim dispersæ sunt, continentur:* Philippus verò multo etiam clariùs, chimæram illam Ecclesiæ ab omnibus Ecclesijs particularibus abiunctam, exterminat: *g Quoties*, inquit, *de Ecclesia cogitamus, intueamur cætum vocatorum, quæ est Ecclesia Visibilis, nec alibi Electorum vllos somniemus, nisi in hoc ipso cætu Visibili. Nam neq; inuocari, neq; agnosci Deus vult, nisi in Ecclesia Visibili. Nec aliam fingamus Ecclesiam Inuisibilem, & mutam, sed sciamus, ministerium Euangelij publicum, & publicas congregationes esse, vt Ephes. 4. dicitur: Ad hunc cætum nos adiungamus, scripturæ enim loci, non de Idea Platonica, sed de Visibili Ecclesia loquuntur, in qua sonat vox*

g In locis anni 1556. Basileæ. Tit. de Eccles. fol. 339.

Euan-

Euangelij, & ministerium conspicitur: Sed omissis similibus quàm plurimis. Illud solùm in præsenti quærimus: An Ecclesia, quæ veram doctrinam profitetur, cognosci à nobis certò possit, nec (quod ad institutum præsens attinet) multùm laboramus, quo nomine hanc Ecclesiam appelles, siue enim Vniuersalem, siue Particularem eam voces, dummodo fatearis, Ecclesiam, quæ veram Christi doctrinam profitetur, cuius & communionem tenere, & vocem audire, & iudicio acquiescere iubemur, cognosci à nobis certò posse, cuiuimodi tandem illa sit, de nomine non laborabimus. Verùm hoc ipsum est, quod pernegant Nouatores. Quod reuerà non est aliud, quàm omnem veritatis cognoscendæ spem præscindere mortalibus, & palàm edicere, frustra nos in veræ Fidei & Ecclesiæ inuestigatione laborare, quam cognoscere nequeamus; quàm Fidem ac Religionem omnem, stirpitùs ex animis euellere, & Academicam incertitudinem reuocare.

XIV.

Sed, quos arietes admoueat Ecclesiæ Visibili, videamus. *a* Fides, inquit, teste *b* Apostolo, rerum non apparentium est: Atqui inter Symboli articulos, Fide credimus, non solùm Ecclesiam esse sanctam, sed etiam Ecclesiam Catholicam, esse: Hæc igitur nobis apparere non potest. *c* Deinde ea est vera Ecclesia, in cuius corde legem suam insculpsit Deus, Isaiæ 31. vers. 33. quæ Deum in spiritu colit, Ioan. 4. vers. 23. quæ est domus spiritualis, 1. Pet. 2. v. 5. *d* quæ tota pulchra, quæ ciuitas sancta, quæ corpus est Christi: At, quis talis cætus sit, videre non potest, nisi qui interna animi ornamenta videat. Adde, *e* quòd Ecclesia, corpus Christi est, non physicum & Visibile, sed mysticum, cuius & caput, & vinculum quo capiti iungitur, Inuisibile est. Ad hæc, Eliæ temporibus, Ecclesia ne ipsi quidem Prophetæ nota fuit, vtpote, *f* qui se vnum superstitem arbitrabatur è familia Dei. Et Arrianis grassantibus *g* *ingemiscens orbis Arrianum se miratus est*, cùm vix aliqui latitantes *h* Episcopi veritatem retinerent. Et Ioannes *i* palàm testatur, parturientem Ecclesiam, in deserto occultandam.

a Vit. q. 2. c. 2. fol. 164. cap. 3. fol. 200.
b Hebr. 11. v. 1.
c Vit. ca. 3. q. 2.
d Toto cap. 4.
e Cap. 4.
f 3. Reg. 9. v. 10
g Hieron. cont. Lucif. ca. 7.
h Socr. lib. 2. c. 29. Sozom. lib. 4. c. 8. Niceph. lib 9. c. 33.
i Apoc. 12. v. 6.

Quàm ficulnea sunt ista, Deus bone? Sed quòd firmioribus vti non potuit argumentis Witakerus, culpa est causæ, non ingenij, non doctrinæ, non acuminis. An igitur quia Fides re-

rum non apparentium est, Sanctissima Domini Mater, credere non potuit Christum Dominum passum, mortuum, sepultum esse, rediuiuum cælos petijsse? An idipsum Apostoli, qui hæc in Symbolo credere se fatentur, credere non potuêre? An doctiores Christiani, qui demonstratiua ratione, *a* Deum esse, & vnum, & immensum, & omnipotentem esse, euidenter cognoscunt, credere non possunt, quòd Deus sit, atque adeò, *b nec accedere ad Deum*, nec placere Deo poterunt? Ego quidem certè, negotio nullo, eodem prorsus telo, Apodictice conficiam Lutheristam Ecclesiam: Cui enim dubium est, aspectabilem esse, sub sensum cadere hodie, Luthericam Ecclesiam? Quo igitur modo, vera Christi Ecclesia erit, quæ inconspicua est, & fide sola creditur in Symbolo, nullo sensu percipitur? Damnabimus pari ratione, Ecclesias omnes, S. Martyrum, quæ & fidei professione, & vsu Sacramentorum, & gloriosis pro fide certaminibus, visendam se cunctis, aspectabilemque exhibuerunt. Fides igitur argumentum est non apparentium, quia per ipsos Fidei actus, obscurè solùm, per speculum, in ænigmate, cognoscimus reuelatas veritates, propter authoritatem Dei, non propter intrinsecum terminorum nexum, sensu, vel ex connexione extremorum cum medio, perceptum: Atque ideò Fides argumentum est non apparentium clarè, per ipsam Fidem. Ex quo non rectè colligas, Fidem esse non posse earum rerum, quæ aliunde clarè & apertè cognosci possunt. Adde, quòd, cùm Ecclesiam Visibilem dicimus, nihil aliud dicimus, quàm semper in mundo fore cætum hominum publicè testantium Fidem, qui formam exteriorem, ordinem, ritus, Sacramenta habeat: Et quidem talem, In quo signa ac notas veræ Ecclesiæ, Fide, & scripturarum authoritate cognitas, inesse, certò ostendi ac deduci possit: Ex vna nimirum propositione, Fide & proinde obscurè, cognita, quæ signum ac symbolum veræ Ecclesiæ continet: Ex altera verò, sensu, monumentorum, historiarumque Ecclesiasticarum lectione, Vsu veteri, more, ritibus, *c* vt suo inferiùs loco demonstrabimus. E quibus omnibus, quia inesse huic cætui talia signa cognoscimus, conclusionem obscuram illam quidem, (siquidem ex altera propositione obscurè, & sola fide cognita deducitur) certissimam tamen, inferimus, quòd hæc sit vera illa &

a Rom. 1. v. 19. 20. Actor. 14. vers. 16.
b Hebr. 11. v. 1.
c Thesi 36. & 53.

la & Catholica Christi Ecclesia; Hoc verò cùm obscurè, certissimò tamen, intelligamus, nihil impedit, quo minus, etiam Fide obscura idipsum credamus.

Et Caluinus quidem certè, a *In symbolo, nos profiteri*, ait, *credere Ecclesiam, non solum Electorum, sed etiam Visibilem*; Quia scilicet, certa illa Ecclesiæ notitia, ob quam Visibilis appellatur, Ex notis Ecclesiæ, non sensu ac ratione, sed fide, in scripturis ac symbolo reuelata, cognitis, generatur.

a Calu. libr. 4. c. 1. n. 2. & 3.

XV.

Leuiora sunt cætera, aduersarij argumenta: Ecclesiam enim puram, sanctam dici b ostendimus, non quòd omnia eius membra talia, sed vt cætera nunc taceam: vel quòd reipsa multi in ea tales; vel quòd in ea sola, nec vsquam alibi sanctitas reperiatur. Cognosci, fateor, à nobis non possunt, quinam in Ecclesia sanctitate, qui diuina electione sint ornati: Certò tamen cognoscimus, Ecclesiam, in qua & hæc dona esse, & inter eos, quibus notas veræ Ecclesiæ inesse videmus, veram Fidem, & quosdam etiam Electos esse, Deo soli cognitos, Deo reuelante, didicimus. Caput Ecclesiæ Christus, & nexus cum capite, vt detur esse inconspicuus, per signa tamen Ecclesiæ Christo vnitæ, diuinitùs reuelata, quid vetat eam nosse? Et anima hominis, & vnio illius Inuisibilis est, per ea tamen quæ in humano corpore videmus, iunctáne huic sit anima, vel seiuncta, clarissimè noscimus. Spiritualis domus est Ecclesia, non solùm quia à Spiritu sancto regitur, sed etiam quia ad finem spiritualem ordinatur, & quia multi in ea spirituales, qua ratione bona quæque opera c *Spirituales hostiæ* vocantur ab Apostolo.

Elias solùm queritur (vt disertè d alibi indicat) è numero Prophetarum, qui murum se pro domo Dei opponerent, solùm se esse superstitem, quamuis sciret, e centum alijs Prophetis latibula dedisse Abdiam. Queritur deinde in ditione Israel, vbi tunc erat, nullum esse qui Deum purè colat, quamuis non lateret Eliam, in regno Iuda, si vnquam aliàs, tunc maximè Dei cultum floruisse, sub Aza f pijssimo Rege, qui Achabo in Israel sæuiente, g regnauit; Sub Iosaphat h laudatissimo Principe, qui & ipse, eo tempore, quo Elias quærebatur, hoc est, insaniente Achabo, i imperabat. Eliæ igitur oratio, Samariæ perditum statum

b Thes. 8.

c 1. Petr. 2. v. 5. 1. Cor. 15. v 44

d 3. Reg. 18. v. 22.

e 3. Reg. 18. v. 13.

f 3. Reg. 15. v. 11. 14. 2. Paralip. 14. v. 15.

g 3. Reg. 16. v. 29.

h 2. Paral. 17. v. 3. 6. 3. Reg. 22.

i 2. Paral. 17. v. 1.

notat. Id quod Witaker *a concedi posse* ait, licet quòd per altaria Dei, quæ destructa queritur Elias, cultum Dei plerique intelligant (cùm Hierosolymæ, vbi solùm erant altaria Dei, destructa non fuerint) non placeat Witakero, nec illi, cui non placet, quidquid Witakero displicet: *b* Albericus Gentilis, *Altarium nomine, quæ nulla erant, aliquid altaribus conferendum,* intelligi ait. Ecquid autem mirum si in vno regno Ecclesiam, singularis Aper depascatur? An idcircò inconspicua reddetur Ecclesia?

Pressa olim fuit Ecclesia ab Arianis, nunquam oppressa, nec ab Antichristo opprimenda: Sed licet *c obscuretur aliquando, & quasi obumbretur, scandalorum multitudine, etiam tunc in suis firmissimis apparet,* in quibus, & furori Arrianorum in Damasis, Athanasijs, Hilarijs cæterisque se opposuit, & opponet Antichristo.

XVI.

Non ita de Ecclesia sensit Augustinus (quantus Deum immortalem & qualis Pater? *d optimus & fidelissimus antiquitatis testis*; *e Malleus hæreticorum*; *f Conditor antiquæ fidei*; *g Sal terra, & lucerna in candelabro Ecclesiæ*; *h Apis Dei, fauos diuini nectaris plenos conficiens*, *i quem nunquam sinistræ suspicionis, saltem rumor aspersit*: *k Acer ingenio, suauis eloquio*: *l Cuius si aliena comparentur scriptis, furfures sunt ad siliginem*: *m Literarum omnium egregius Magister, &, quod rarum est in tanta vbertate, cautissimus disputator, decurrit quippe tanquam fons purissimus nulla fece pollutus*) sed potiùs. *n Cæcos esse ait, qui montem Ecclesiæ non videant, qui contra lucernam in candelabro positam, oculos claudant.* *o Vera enim Ecclesia neminem latet*: *p Hæc est ciuitas in monte posita quæ abscondi non potest, hæc est lucerna, quæ sub modio non occultatur, omnibus nota, omnibus diffamata.* Cùm enim, *q Ecclesiam ignorare nulli liceat, ideò secundum verbum Domini, nec abscondi potest.* *r Faciliusque est solem extinguere, quàm Ecclesiam occultari.* *s In sole enim posuit tabernaculum suum. In manifestatione posuit Ecclesiam suam, non in occulto, non quæ lateat: Quid tu hæretice fugis in tenebras, quid latitare conaris?* Si Ecclesia cætus est hominum, publicè fidem testantium, Si ordinem, ritus, formam exteriorem Visibilem habet,

a fol.275.
b Disput.ad 1. Machab. cap. 10. fol.79.
c Augu. Epist. 48. post medium.
d Calu. libr.4. c.14. n. 26. lib. 3. c 3. nu.10.
e Bernar. Ser. 80. in Cant.
f Hieron. Epis. 25. int. Aug.
g Paulin. Epis. 31. int. Aug.
h Sulpic Epist. 37. int. Aug.
i Calest. Tom.1. Concil. Epis. ad Episc. Gall.
k Prosper. lib. 3. vitæ Contemplat. ca.31.
l Gregor. lib.8. Epist. 37.
m Cassiod. Prolog. in Psal.
n Aug. tra.2. in Epist. Ioan. sub initium.
o Libr.2. cont. Petil. c.32.
p In Psal.47. initio. *q Epist.170.* *r Chrysost. Tom.1. hom.4. in verba Isaiæ: Vidi Dominum initio.*
s Aug. in Psal.18. in 2. Exposit.

habet, ne dubites ipsam quoque Visibilem esse: Et sanè si occultari Ecclesia potest, Cur *a mons eleuatus*, Cur Ecclesia, seu, quod idem est, Ecclesiæ Doctores & Pastores, *b ciuitas in monte posita*, Cur *c thronus Christi, sicut Sol*, esse dicitur? Cur ad *d* Ecclesiam deferre iubemur controuersa, eiusque iudicio acquiescere? Cur, cùm extra Ecclesiam saluari nemo possit, *e peritura denunciatur gens, quæ* non subsit Ecclesiæ, *cuius die ac nocte iugiter patent portæ?* Si enim nosse non licet, quænam sit vera illa Christi Ecclesia, cui obedire, cui nos adiungere tenemur, cui bono hæc præcepta, hæ minæ? Cur tam plana hæc via dicitur, *f vt stulti non errent per eam?* Cur *g* ab *omnibus cognoscenda* prædicatur? Cur *h Custodes*, *i Doctores, & Pastores*, ad finem vsque seculi habitura dicitur, quorum non interrupta voce ædificetur, qui *ore quoq́*, *k professionem faciant* ad salutem? Cur in ea in perpetuum *sonatura vera prædicatio*, Isa 59. v. 21. cap. 62. v. 6. Cur nunquam deserenda in tenebris, sed in clarissimo eius lumine Gentes, ac Reges terræ, ambulaturi, dicuntur? Isaiæ 60. v. 3. Et vt omnem de particulari, & vniuersali Ecclesia, tergiuersationem præcludamus, *l* An fortè hæc non veræ, sed errantis Ecclesiæ sunt encomia? Scilicet illa est ipsa, non Ecclesia, sed Sathanæ Synagoga, quæ professionem facit ad salutem, cuius ministerio ædificatur corpus Christi, cuius magisterium audire, ad quam nos adiungere, Christo iubente, debemus.

a Isaiæ 2. v. 2. Mich. 4. v. 1.
b Mat. 5. v. 15.
Dan. 2. v. 35. & 45.
c Psal. 88. v. 36
d Mat. 18 v. 16
e Isa. 60. v. 11.
f Isa. 35. v. 8.
g Isaiæ 61. v. 9.
h Isaiæ 62. v. 6 Ieremiæ 33. v. 18. & 21.
i Ephes. 4. v. 12 1. Cor. 12. v. 28. Rom. 12. v. 6.
k Rom. 10. v. 10 Mat. 10. v. 33.
l Vide Thes. 13.

XVII.

Sed cur operosè probo, quod spontè dat Witaker. Fatetur ipse, *a* Particularem Ecclesiam Visibilem esse: Atqui idem ipse, *b Eam, ait, esse Particularem Ecclesiam, quæ veram profitetur Religionem*; fatetur ergò quod volumus, cognosci posse Ecclesiam, quæ veram profitetur Religionem. Deinde subdit: *c Nos non dicimus, Ecclesiam esse Inuisibilem, quòd videri non possint, qui ad veram Ecclesiam pertineant (semper enim erit huiusmodi hominum numerus aliquis visibilis) sed quòd non semper palàm ab omnibus videantur: Etsi enim Fidem profitentur, non tamen vbiq́, nec semper, sed solùm cùm necessitas postulat.* Rursum: *d Semper ergò Visibilis fuit Ecclesia nostra, & professa est Fidem, licet non eodem modo.* Hæc si ex animo dicis Witaker, Ais quod negas, & hosti herbam porrigis.

a qu. 2. c. 1. fol. 162. 164. 179.
b qu. 1. c. 7. fol. 39. & qu. 5. c. 19. fol. 673.
c fol. 256. 162.
d fol 257.

Nos

Nos quoque non eodem semper modo conspicuam fuisse Ecclesiam cognoscimus, quia Nunc sanguine madens, Nunc in spelæis ac terræ cauernis sordidata, Nunc triumphans & læta videbatur; semper tamen videri & agnosci à volentibus potuit. Et vt potuerit, Diuinæ prouidētiæ ratio exigebat: *a Si enim Diuina prouidentia præsidet rebus humanis, desperandum non est, ab eodem Deo, authoritatem aliquam constitutam, qua velut gradu certò innitentes, attollamur in Deum. b Atqui nulla est securitas vnitatis, nisi Dei Ecclesia declarata, quæ super montem posita abscondi non potest.* Quis enim *c Euangelio credet, nisi Ecclesiæ authoritate commoueatur?* Aut, quem illa moueat, nisi agnoscatur? Certè posita Ecclesia Inuisibili, consequens est, Non patuisse aditum gentibus ad fidem, & gremium Ecclesiæ per Baptismum, nec hæreticis ad reconciliationem, nec fidelibus ad vsum Sacramentorum, & doctrinæ cælestis institutionem.

a Aug. de Vtil. cred. cap. 16.
b Aug. libr. 3. cont. Parmen. cap. 5.
c Augu. cont. Epist. fund. cap. 5.

Si igitur Diuina prouidentia authoritatem infallibilem proponendi & explicandi res Fidei in mundo reliquit, vt per eam Vnitas & concordia, veritasque seruetur, & quidem, vt rectè notat Witaker, quæ *d non tantùm, vt librariorum officina, libros custodiendo, sed per ministerium prædicationis id perficiat*, dubitandum non est, cognosci & potuisse & debuisse semper Ecclesiam, cuius authoritas inutilis est, si cognosci non potest: Sin autem hac in re sapientissimi salutis mortalium Curatoris, defecit prouidentia, Incerta omnia, Academicæque hæsitationis plenissima sunt. Et Augustino quidem, ac vnà mihi: *e Multò facilius persuadebis, Christo non esse credendum, quàm de illo quidquam nisi ab ijs, per quos ei credidissem, discendum. Ei autem non credidi, nisi populorum, atque gentium, quas Ecclesia Catholica mysteria vsquequaque occuparunt, confirmatæ opinioni. Cur non igitur apud eos potissimùm requiram, quid Christus præceperit, quorum authoritate commotus, Christum aliquid præcepisse iam credidi? quem fuisse aut esse, non putarem, si abs te mihi commendaretur. Vos enim & tam pauci, & tam turbulenti, & tam noui, nemini dubium est, quàm nihil dignum authoritate præferatis. f Elige ergò quod vis: Si dixeris, Crede Catholicis, ipsi me monent, vt nullam fidem adhibeam vobis: Si dixeris, noli credere Catholicis, Non rectè facis, per Euangelium me cogendo ad Manichæi,*

d fol. 321.
e Aug. de Vtil. credend. cap. 14.
f Augu. cont. Epist. fund. cap. 5.

(Lu-

(Lutheri, Caluini, &c.) *fidem, quia ipsi Euangelio, Catholicis predicantibus, credidi* (credidit Lutherus, &c.) *Si dixeris, rectè credidisti Catholicis laudantibus Euangelium, sed non rectè illis credidisti, vituperantibus Manichaeum: Usque adeò me stultum putas, vt, nulla reddita ratione, quoduis credam, quod non vis, non credam? Quomodo eis credam de Christo, quem non viderunt, de te non credam, quem videre nolunt?* Sed vngues ex vlcere, quod isti, cùm inuisam clamant Ecclesiam, tangi reformidant. Vnicum Doctoris Lutheri planè aureum effatum addo: *Qui Christum inuenturus est*, ait, *necesse habet, prius Ecclesiam inuenire, Quomodo enim scietur Christus, & fides eius, nisi prius sciantur fideles eius?* *Luth. Postilla Eccles. die Natiuit. in Luc. 2.*

PARS TERTIA.

CHRISTI ECCLESIAM PERPETVAM ESSE.

XVIII.

Ecclesia a Christi, miraculis conciliauit authoritatem, authoritate meruit fidem, fide contraxit multitudinem, multitudine obtinuit vetustatem, vetustate roborauit religionem, quam non solùm haereticorum ineptissima nouitas, fraudibus agens, sed nec gentium veternosus error violenter aduersans, aliqua ex parte conuelleret. Hoc enim proprium est Ecclesiae, vt b *Gentibus vtatur ad materiam operationis suae, haereticis ad probationem doctrinae suae, schismaticis ad documentum stabilitatis suae,* c Quantoque *opprimitur magis, multiplicetur & crescat magis,* d Vt *tum vincat cùm laeditur, tum intelligat cùm arguitur, tum obtineat cùm deseritur:* e *Nihil aduersus hanc proficit quaeuis crudelitas, illecebra est magis, & plures recipit, cùm metitur:* f *Semen enim est sanguis Christianorum, & tunc magis aedificatur Ecclesia, cùm caedi videtur:* g *haud secus, quàm si quis vitem putatione prouocet ad vbertatem.* h *Itaque vinciantur Ecclesiae membra, inclu-*

a *Aug. de Vtil. cred. ca. 14.*
b *Aug. de vera Relig. cap. 6.*
c *Exod. 1. v. 12.*
d *Hilar. 7. de Trinit. initio.*
e *Tertul. Apol. c. 50. nu. 629.*
f *Idem ad Scapul. c. 4. nu. 52. Leo serm. 1. de SS. Pet. & Pa.*
g *Iustin. in Dialog.*
h *Aug. 22. Ciuit. ca. 6.*

includantur, caedantur, torqueantur, vrantur, lanientur, trucidentur; & multiplicabuntur. a *Patiendo enim magis, quam faciendo contumelias, Christi fundata est Ecclesia, persecutionibus creuit, martyrijs coronata est.* b *Hanc solam totius mundi oppugnatio non potest subuertere, perpetuò victricem seditiosae impietatis, alienorum dogmatum.* Vt enim c *palmea tigna, pondere imposito, in diuersum curuantur:* Sic Ecclesia, cùm premitur, erigitur, & d Aquae diluuij arcam in sublime efferunt, caetera submergunt: Humana siquidem figmenta facilè veritatis Sole siccantur; at quae à Deo sunt, humanis viribus dissipari non posse, e sapienter monuit Gamaliel. Et sanè si subrui Ecclesia Christi potest, non video, quo magnifica illa promissa spectent; f *Portae inferi aduersus eam non praeualebunt:* g *Columna est & firmamentum veritatis:* h *In qua Christus ad consummationem vsq; seculi manet:* i Hanc *spiritus veritatis in omnem dirigit veritatem:* k In hac *Doctores, & Pastores, in aedificationem corporis Christi futuri sunt, vsq; dum occurramus omnes Christo*, qui non sinant fideles omni vento doctrinae abripi. Quae non nisi de Ecclesia, quam nosse, cui adhaerere debemus, explicari possunt.

Quid sibi amplissimae illae promissiones volunt: l Deus *fundauit eam in aeternum. Deus fundauit*, inquit in eum Psalm. Aug. *non est quod timeas neruat fundamentum.* m Potestas eius, potestas, quae non auferetur, & *regnum eius, quod non corrumpetur:* n *Regni eius non erit finis:* o Dabo sanctificationem in medio eorum, *in perpetuum:* Quid, inquam, haec, vt alia praeteream, sibi volunt, si euerti penitùs Ecclesia potest? An non p *aeternitas illa, quae olim Synagogae promissa est, ad Christi Ecclesiam pertinet, quam Synagoga, q velut vmbra futurorum, denotabat?* An non luce clariùs ostendimus suprà, Christi Ecclesiam, hoc est, quae veram & puram doctrinam, r non errores ac haereses docet (quocunq; eam nomine appelles) semper Visibilem esse debere? Si aliquando Ecclesia penitùs intercidat, an non spes omnis salutis intercidet, cùm nec extra Christi Ecclesiam salus esse, nec vllus Ecclesiam, quae omnino non est, vel nosse, vel ei se aggregare possit? Maneat igitur, super Petram fundatam esse domum Dei, non super terram, quae cuniculis patet, aut s super arenam inconstantem & mobilem, Vt eam, nec fraudes daemonum, nec furores tyran-

a *Hier. Epist. 62. ad Theoph. sub finem, & Tom. 1. in vita Malæ captiui Monachi.*
b *Theod. lib. 1. hist. cap. 4. sub fin. Iren. lib. 4. cap. 64.*
c *Plin. lib. 16. cap. 42.*
d *Aug. serm. 1. in vigil. Pentec. cap. 12.*
e *Acto. 5. v. 39.*
f *Matth. 16. v. 18.*
g *1. Tim. 3. v. 15*
h *Matth. 28. v. 20.*
i *Ioan. 14. v. 16*
k *Ephe. 4. v. 12.*
l *Psal. 47. v. 9.*
m *Dan. 7. v. 14 cap. 2. v. 44.*
n *Luc. 1. v. 31. Mich. 4. v. 7. Isaia 9. v. 7.*
o *Ezechiel. 37. v. 26. Isaia 61. ver. 9. Vide assert. 24.*
p *Augu. 17. Ciuit. c. 6.*
q *2. Cor. 3. v. 11 Heb. 10. v. 1. 1. Cor. 13. v. 11.*
r *Assert. 16. 17.*
s *Matth. 7. v. 24.*

rannorum, nec hæresum fallaciæ superarent, quæ rubo Mosaico simillima, inflammari persecutionibus potest, sed quia Dominus in ea loquitur, absumi non potest, nullis machinis euerti, nullis fraudibus corrumpi, nullis viribus superari, potest: *a Firma enim est*, vt D. Martialis ait, *Ecclesia Christi, nec cadere, nec disrumpi vnquam poterit, b Luna simillima quæ, etiam cùm deficere videtur, non deficit, obumbrari potest, deficere non potest, &c. c Thronus* enim Christi, *sicut Sol, & sicut Luna perfecta in æternum; d Thronus eius sicut dies cæli. e Et si defecerint leges istæ* diei & noctis, *tunc & semen Christi, f quod crescit vsque ad messem, deficiet. Imò quia cælum & terra transibunt, sed non verba Domini, ne tunc quidem dificiet.*

a Mart. Epist. ad Burdeg. capite 11.
b Amb. 4. hexamer. c. 2.
c Psa. 88. v. 38.
d Ibid. v. 30.
e Iere. 31. v. 36. ca. 33. v. 21.
f Matth. 13. v. 30.

XIX.

Eant nunc aduersarij, & cum Donatistis, *a Totum mundum apostatasse pronuncient: b Ecclesiam totam iam olim corruisse. c Papam multa iam secula cæcasse orbem terrarum. d Ab annis mille, collapsa fuisse omnia, e cùm totus orbis densissima ignorantiæ caligine obuolutus esset, f pura verbi prædicatione aliquot seculis euanescente. g Sublata enim solius Fidei iustificantis cognitione, & Christi gloria extincta est, & abolita religio, & Ecclesia destructa, & spes salutis penitùs euersa: h Innumeris superstitionibus prostituta erat Ecclesia, & fædissimo adulterij genere, simulachrorum cultu, inquinata. i Ecclesiæ puritas non obscurata, sed penitùs obliterata & abolita euanuit. k Seculisq; aliquot profundis tenebris submersa fuisse OMNIA. l Scilicet aliquos Marciones* (Lutheros, Caluinos,) *liberanda veritas expectabat: Intereà perperam Euangelizabatur, perperam credebatur, tot millia millium perperam tincta, tot opera Fidei perperam administrata, tot virtutes, tot Charismata perperam operata, tot martyria perperam coronata. m Id si ita est, neglexit officium suum vilicus Dei, Christi Vicarius, Spiritus sanctus, sinens interim Ecclesias aliter credere, quàm ipse per Apostolos prædicabat. n Intereà verò omnes casti, omnes continentes, Virgines, Clerici, Sacerdotes, tanta Confessorum millia, tot Martyrum exercitus, tanta vrbium, tanta populorum celebritas, & multitudo: Tot Insulæ, Prouinciæ, Reges, Gentes, Regna, Nationes: totus postremò terrarum orbis, per Catholicam Fidem, Christo capiti incorporatus, tanto seculorum tractu ignorasse, errasse,*

a Apud August. de Vnitat. Eccl. ca. 13.
b Apolog. Anglic. fol. 100. Edit. Neapol. Palat. anni 86.
c Ibid. fol. 187.
d Cal. de Scandal. sub finem. fol. 873.
e Calu. libr. 4. cap. 10. n. 5.
f Calu. libr. 4. cap. 1. nu. 11.
g Calu. Contr. Sadol. fol. 114.
h Ibid. in fine libri fol. 128.
i Calu. libr. 4. ca. 18. nu. 1.
k Calui. præf. Inst. sub finem.
l Tertul. Præscrip. c. 29.
m Ibid. cap. 28.
n Lyrin. cap. 33.

rasse, blasphemasse, nesciuisse quid crederet, pronuncietur. Scilicet, a *Usq; adeò permiscuit ima summis longus dies, vt viderint Calestius, Pelagius,* (Luther, Caluinus;) *caci fuerint Gregorius, Ambrosius, Hilarius,&c.* Et sponsa Christi, Virgo casta, fidem non seruauit sponso, seque nefasto Antichristi comercio polluendam prostituit.

a Aug. 2. cont. Iulian. c. 10.

XX.

Certè non alio nixa sunt fundamento illa scripturæ & Patrum argumenta, quibus manifestæ hæresis conuincunt, doctrinam omnem, quæ noua sit, quàm huic Ecclesiæ, ac veræ Fidei perennitati. Et vt passim obuiæ scripturæ testimonia mittam, quæ *b* deuitandas docent profanas nouitates, & eos vnà, qui *c* præter doctrinam, quàm initio accepimus, noua adferunt; siquidem *d* nouissima tempora, non nisi nouos pseudoeuangelicorum errores progenerant. Vt, inquam, ista mittam, Quid est, quod hæreticis sui temporis crebriùs obiectant Patres, quàm, *e Principalitatem veritati, posterioritatem mendacitati deputandam esse, ex illius parabola patrocinio, f qua bonum semen frumenti à Domino seminatum, primò constituit, Auenarum autem sterilis fæni adulterium ab inimico Diabolo postea superducit: Ita ex ipso ordine manifestum est, id esse Dominicum & verum, quod sit prius traditum: id extraneum & falsum, quod sit posterius immissum. g Ego,* inquit Tertullianus, *meum dico verum, Marcion* (Luther, Caluinus) *suum. Quis inter nos dijudicabit, nisi Temporis ratio, ei prascribens authoritatem, quod Antiquius reperitur, & ei praiudicans vitiationem, quod posterius reuincitur: In quantum enim falsum corruptio est veri, in tantum pracedat necesse est veritas falsum. h Non negabunt autem discipuli, primam Marcioni* (Luthero,&c.) *Fidem nobiscum fuisse, ipsius litteris testibus, vt hinc iam destinari* possit hæreticus, qui deserto, quod priùs fuerat, id posteà elegerit, quod retrò non erat. In tantum enim hæresis deputatur, quod postea inducitur, in quantum veritas habebitur, quod retrò & à primordio traditum est. *i* Sed aiunt, Marcionem (Lutherum, &c.) non tam innouasse regulam, quàm retrò adulteratam recurasse. O Christe patientissime Domine, qui tot annis interuersionem prædicationis tuæ sustinuisti, donec scilicet tibi Marcion (Lutherus,&c) subueni-

b 1. Timoth. 6. v. 20.
c Rom. 16. v. 17
Philip. 3. v. 16.
2. Ioan. 1. v. 6.
d 2. Pet. 3. v 3.
1. Tim. 4. v. 1.
2. Tim. 3. v. 1.
Iuda v. 18.
e Tertul. Prascrip. c. 31.
f Matth. 13. v. 24.
g 4. contra Marc. cap. 4.
h 1. contra Marc. c. 1.
i 1. cont. Marc. cap. 20.

ueniret. *a Ex hoc ipso* (ait Hieronym⁹) *quòd posteriùs instituti sunt, eos se esse indicant, quos futuros b Apostolus pronunciat. Nec sibi blandiantur, si de scripturæ capitulis videntur sibi affirmare, quod dicunt, cùm & Diabolus de scripturis sit aliquando locutus, Et scripturæ non in legendo consistant, sed in intelligendo. Breuem igitur, apertamq; animi mei sententiam proferam; In illa Ecclesia permanendum, quæ ab Apostolis fundata, vsq; in diem hanc, durat: c* Quid nobis affertis noui? *Nunquid iterum seminandum est bonum semen, quando, ex quo seminatum est, d crescit vsque ad messem?*

e Cur enim post quadringentos annos docere nos nituntur, quod antè nesciuimus? Vsq; in hunc diem mundus Christianus sine hac doctrina fuit. f Nazianzenus verò: *Absconditam post Christum sapientiam annunciant, Rem lachrymis dignam: Si enim triginta his annis, Fides originem habuit, cùm quadringenti ferè anni ab eo tempore fluxerint, quo, Christus palam visus est, Inane toto tempore fuit Euangelium, inanis Fides nostra, & Martyres quidem frustra martyrium subierunt. Tardè mihi hos Doctores, ætas huius seculi protulit, serò hos habuit Fides mea, quam tu erudisti, Magistros: Inauditis ego his omnibus in te credidi.* Sexcenta similia in Lyrinensi, Optato, Aug. &c. *g* Quin etiam Nouatores ipsi, instar Aman, infelicem sibi arborem qua pendeant, nescij fabricantes, & gladium gestantes, quo ipsi Goliæ, pereant, hoc ipso argumento hæreseos conuincunt Anabaptistas. *h Quòd nuper, Anno millesimo, quingentesimo, vigesimo secundo nati sint, quare, si ipsi sint Christi Ecclesia, consequens est, Deum sine populo & Ecclesia fuisse, ad eum vsq; annum.* Philippus etiam in ijs ipsis Thesibus, quæ *i Breuiarium sunt, & fasciculus*, ait Lutherus, *eorum quæ 20. annis à se, suisq; tractata sunt: k Catholica*, inquit, *Ecclesia significat non solùm præsentes ministros, sed congregationem piorum, non solùm in spiritu, sed etiam in externis aliquibus rebus consentientem: Et consensum sanctorum de doctrina OMNIBVS TEMPORIBVS: Qui ab hoc consensu discedit, discedit ab Ecclesia. Quare prudenter videndum est, quid consensus Doctorum, & piorum in ministerio probarit omnibus temporibus, ne Nouas & Ecclesiæ ignotas opiniones recipiamus, Rectè enim dicitur, Ecclesiam non errare.* Et Confessio Augustana: *l Vna*, inquit, *sancta Ecclesia, perpetuò mansura est*, in qua Euangelium rectè docetur,

a Hier. c. 9. in fin. cont. Lucif.
b 1. Tim. 4. v 1.
c Augu de Vnit. Eccl. c. 14. & 15.
d Coloss. 1 v. 6. Matt. 13. v. 30.
e Hiero. Epist. 65 ad Pam. & Ocean. de error. Orig. ca. 3.
f Nazi. Epist. 2. ad Chled. sub finem.
g Vide Thesi 28.
h In præfat. Coll. Frankental. sub finem. Edit. Heidelberg. an 71.
i Apud Luther. Tomo 1. lat. Wit. *anno 45. Edito apud Ioa. Lufft. fol. 419.*
k Ibid. fol. 441 in Thesibus de obedientia & consensu Eccl.
l Art. 7.

cetur, & rectè administrantur sacramenta. Caluinus quoque, a *Ecclesiam Societatem esse*, ait, *sanctorum, per totum orbem diffusam, per OMNES ÆTATES dispersam, vna doctrina Christi colligatam, vnitatem Fidei, ac fraternam concordiam obseruantem.* Alibi, b *Vixisse Christi Ecclesiam, & victuram*, ait, *quamdiu Christus regnabit, cuius manu sustentatur, cuius præsidio defenditur, cuius virtute suam incolumitatem retinet. Id quod ex scripturis alibi c confirmat luculenter.* Magdeburgici verò, non solùm d duraturam, aiunt, Christi Ecclesiam ad finem seculi, e sed etiam, Confessionis constantiam & perseuerantiam inter signa Ecclesiæ connumerant.

a *Cont. Sadole. initio. fol. 112. In Tomo opusc. à Gallasio collecto.*
b *Præfa. Insti. post medium.*
c *4. Instit c. 1. nu. 17.*
d *Cent. 1. libr. 1. c. 4 fol. 175.*
e *Libr. 2. ca. 4. col. 380.*

XXI.

Quid verò Witakerus? Secum ipse digladiatur: f *Omnes Ecclesias particulares ad eum statum peruenire posse*, ait, *vt nec sit, nec proinde cognosci possit, aliqua in terris Christi Visibilis Ecclesia: licet Catholica Ecclesia nunquam possit deficere.* Mirum ni Chimæram esse putet Witaker Catholicam Ecclesiam, quam, sublatis particularibus Ecclesijs, imaginatur. Sed quid porrò? g *PATRES OMNES ERRAVERVNT.* Benè; Scitè; progredere; h *Ireneus, Iustinus, Tertullianus, Chrysostomus, Augustinus, Hieronymus, Gregorius, errarunt, scripturas peruersè sunt interpretati.* i *Gregorius tamen vltimus fuit, verus & pius Episcopus Romæ, reliqui Antichristi:* Superasti, mihi crede, Witaker, tres illos primos, Dauidis fortissimos, qui impetu vno omnes, quotquot ante te fuêre, prostrauisti: At æstrum impetus sui ipse idem aduertens, pedem refert. k *Nos fatemur, inquiens, Visibiles Ecclesias semper fuisse in mundo, semper fore, sed non eodem modo.* l *Nos non dicimus, Ecclesiam veram posse aut deficere, aut apostatare: Sed dicimus, veram Ecclesiam posse in paucis conseruari.* m *Ecclesiæ Visibiles semper in mundo fuêre, ac futuræ sunt, vsq; ad mundi finem, sed non omnibus notæ.* n *De ratione, & natura partialis Ecclesiæ est, vt sit Visibilis, & sic semper aliqua fuit Visibilis in terris Ecclesia, non tamen eodem modo fuit Visibilis, sed aliquando gloriosè, aliquando obscurè.* o *Dicimus Ecclesiam in terris semper superstitem esse:* p *Semper in Ecclesia Christi Pastores fuisse ac fore, & eos ouibus notos, quamuis non sint noti cæteris omnibus. Nam in Aula Neronis Ecclesia erat,*

f *qu. 3. ca. 1. fol. 222. & 224.*
g *folio 470.*
h *folio 229.*
i *folio 229.*
k *folio 249.*
l *folio 250.*
m *folio 247.*
n *folio 254.*
o *folio 264. 265. 248.*
p *fol. 240. 241.*

quam

quam Nero non nouerat. Sæpè aliàs similia. Atqui, mi homo, nihil aliud Bellarminus & Catholici volunt. Fatemur omnes, Ecclesiam sic esse perpetuam ac Visibilem, vt aliquando floreat, *interdum persecutionibus & scandalorum multitudine obnubiletur, externo splendore priuetur, sed ita tamen, vt in suis fortissimis*, & tunc, lingua, calamo, sanguine certet, ac vincat, Tamque manifestis se prodat indicijs, vt non nisi ijs, qui pereunt, sit operta. Id quod luce meridiana clariùs constabit, statum, scripta, mores Ecclesiæ, vel sub cruda illa Tyrannorum rabie consideranti. Satis igitur nobis est, Visibilem perpetuò durasse Ecclesiam, licet interdum pauciores, plures aliàs eam cognouerint. Id quia Witaker non abnuit, quæ contra Catholicos conficit, dissoluenda suscipit, argumenta. Nec vllum ex his dignum commemoratione. Si enim dicantur *a* omnes dereliquisse Deum, si *b* tota terra adorasse bestiam, Quod pluribus conuenit, omnibus attribuitur, more scripturis vsitatissimo, vt quiuis facilè intelliget, si Ezechielis caput 3. vers. 7. cum cap. 9. vers. 4. Si ad Galatas cap. 3. vers. 1. cum caput 6. vers. 1. Si Geneseos cap. 6. vers. 9. cum vers. 12. conferat. Vnde, *c nec ipso Antichristi tempore Diabolus Ecclesiam seducturus est, quam nunc alligatus, seducere non potest: Tales enim erunt, cum quibus illi belligerandum erit, tribus annis & sex mensibus, vt vinci tanto eius impetu, non possint.*

August. Epist. 48.

2. Cor. 4. v. 3.

a Ier. 2. v. 29.
b Apoc. 13. v. 3

c August. 20. Ciuit. c. 8.



PARS

PARS QVARTA
ECCLESIAM ERRARE NON POSSE.
XXII.

HIc verò ita sibi similis, ita inconstans, ac varius est Witaker, vt ægrè, quid velit, assequare. Ait igitur, *a Ecclesias singulas, & omnes, non solùm errare, sed erroribus etiam obrui, & deficere posse: Ecclesiam verò Inuisibilem Electorum, errare quidem posse in rebus Fidei, quæ fundamentum non euertunt: At in fundamentalibus, & absolutè necessarijs non errare. b Ita enim prospicit Deus Ecclesiæ, vt eam nunquam aboleri patiatur: c Nec in ijs, quæ ad salutem necessaria sunt, errare.* Equidem libenter audirem ex Witakero: Primò, quibus scripturæ testimonijs ostendat, Catholicam Ecclesiam errare non posse, cùm omnes & singulæ particulares possint? Quemcunque enim scripturæ locum adferat, Eum ego de Ecclesia, quæ omnes particulares complectitur, intelligi dicam, non de Ideæ Platonicæ simillima Ecclesia, quæ extra omnes & singulas particulares continetur. Secundò, Quo scripturæ testimonio comprobet, in solis fundamentalibus errare non posse Ecclesiam? scripturæ enim ex quibus id ostendi deberet, non magis de fundamentali veritate, quàm de quacunque alia loquuntur. Tertiò, si omnes particulares Ecclesiæ deficiant, vbi tandem vniuersalis illa remanebit? Cùm nullus Electus sit, qui particularis alicuius Ecclesiæ membrum non sit, à qua sacramenta percipit, Si omnes, ac totæ particulares Ecclesiæ labi in Idololatriam possunt, Cur non labentur etiam electi? Quartò, Vbi hanc diuersitatem articulorum fundamentalium, & non fundamentalium in scriptura legit? Et qui sciet, quot vel qui sint articuli fundamentales? Qua via ac ratione internoscet appendices à fundamentalibus? Equidem tot sunt, tam pugnantes, ac variæ, *d* Nouatorum de his fundamen-

a folio 319.
b folio 320.
c folio 339.
d Vide Caluino Turcis. libr. 2, cap. 6.

tis opiniones, vt non plures inter Philosophos de rerum principijs: Quisque enim, quod suo figmento maximè opportunum videt, fundamentum nominat. Quintò, An, qui apertam scripturæ authoritatem pernegat, eum Witaker in fundamento errare neget, licet Deo fidem, scripturis authoritatem adimat? Non arbitror; Quæro igitur, Error fidei; qui in Ecclesiam cadere potest, repugnatne Dei verbo? Si enim repugnat, fundamentum Apostolorum & Prophetarum subuertit: Sin minùs, Ne error quidem est, secundum Witakerum, qui è sola scriptura peti debere res credendas contendit. Omnis igitur qui obstinatè committitur in Fide error, primum illud Fidei fundamentum euertit, Nihil contra Dei authoritatem, Nihil contra scripturam credi debere. Sed mittamus ista, & Witakeri, si fas est, mentem ipsam videamus.

XXIII.

a *Ecclesia Catholica*, inquit, *errare potest in rebus ad salutem necessarijs, & in fundamentalibus ipsis, ad tempus: Nam & Apostoli errarunt, etiam post Aduentum Spiritus sancti.* Quid ais, ô bone? Meministin' quid antè de Ecclesia Catholica dixeris? Annon tua illa sunt, b *Non potest aliquis cœtus, hæreticum aliquod dogma tenere, & tamen Ecclesia esse?* Húnccine honorem Apostolis habes? Amabò te, si post acceptum Spiritum sanctum, in doctrina errarunt Apostoli; Regulam mihi certam præscribe, eamque non è vacuo tuo cerebro, qua internoscam, quibus in rebus errare potuerint, quibus reipsa errarint Apostoli? Fors etiam, in ijs ipsis, quæ scripsêre, errarunt? Sed perge porrò: c *Visibilis Ecclesia est cœtus hominum veram Christi Fidem publicè profitentium, & Sacramentis legitimè vtentium: d Quæ omnia mutuatur à Christo necessaria ad salutem, ita vt in ijs errare non possit. e Ille enim locus, quo Ecclesia columna & firmamentum veritatis dicitur, Ostendit, Veritatem in Ecclesia perpetuò residere, nec ab ea separari posse.* Verissimè ista à teipso contrà te dicuntur. Quæ eadem Philippus in ijs ipsis Thesibus, quas vt diximus, f Lutherus, breuiarium & fasciculum esse ait, rerum quas viginti annis ipse docuerat. g *Ecclesia Visibilis*, inquit, *est cœtus sanctorum, de vera tamen doctrina consentientium.* Quæ innumeris penè argumentis comprobari possunt.

a *fol. 351. 614.*
b *quæst. 5. c. 18. fol. 635.*
c *fol. 67. & 339.*
d *fol. 339.*
e *fol. 671.*
1. Tim. 3. v. 15.
f *Vide Thesim 20.*
g *Loco citato illa Thesi 20. Et fol. 486.*

Et mitto hîc in primis veterum hac de re consensum, Qui vbi primum in auditum antè dogma emergebat, conuocatis Ecclesiæ Pastoribus, totam Ecclesiam repræsentantibus, quid credendum, quidúe reprobandum esset, definiebant, Eorumque sententiæ, *a aque ac Euangelijs* fideles acquiescebant, quantumuis aduersa pars scripturas creparet, & Conciliorum argumenta plausibiliter eludere non cessaret, vt in Ario, Pelagio, cæterisque videmus: Cur hoc? Nisi quia altè infixum erat, Ecclesiam à veritate deflectere non posse, quam idem spiritus regebat, qui olim Apostolos, Atque adeò *b qui falli metueret obscuritate quæstionis, Ecclesiam debere consulere?* Mitto, quòd Enthusiasticis suis syncretismis, eam vim tribuunt Caluinistæ, vt veritatem saluti adipiscendæ necessariam deprauare nequeant, Cur igitur idipsum Christi Sponsæ denegant? Mitto, quòd Ecclesiam perpetuam esse iam ostendimus, quæ tamen si à vera *c Fide,* qua *Deo desponsata est,* excidere posset, posset & deficere. Mitto, quòd in Symbolo, & esse Christi Ecclesiam, & sanctam esse, confitemur; At quæ hæresibus deprauata est, nec Christi Ecclesia est, nec cum infidelitate sanctitatem retinere potest. Mitto, quòd si Ecclesiæ authoritas infallibilis, & ab erroris periculo libera non est, nullum ad conseruandam *Vnitatem* Fidei, toties in scriptura commendatam, medium, Nulla ad hæreses deuitandas, Nulla ad veram à falsa Religione internoscendã, Nulla ad Fidei puritatem conseruandam, &, quod consequens est, ad salutem acquirendam, via ac ratio relicta erit. Quæ enim illa esset per Deum immortalem? An phaneroses & vertiginosi cuiusque capitis Syncretismi? At hi non vnitatis & veritatis, sed dissensionis & erroris labyrinthi sunt, *d superbissimæq; ac periculosa tentationes.* An scriptura sola? At quid si lis oriatur, quæ finiri per scripturas nequeat, vt si quæratur, *e* An Epistolæ Pauli sint Canonicæ? An illibata permanserit scriptura, nulla sui parte mutilata, variata, aucta? Quid enim horum in scriptura expressum? Et licet expressum esset, quia tamen, Nec processus infinitus in probatione scripturæ per scripturam, Nec circulus admitti potest, veniendum tandem erit ad aliquam, quæ alia probari nequeat, scripturam. Certè Witaker ipse hæreticum pronunciat, *f qui vllam scripturæ partem ab Ecclesia receptam, negat Canonicam esse;*

a Gregor. lib. 1. Epist. 24. ad finem.

b Aug. 1. cont. Crescon. c. 33.

c Osea 2. v. 20.

Latius de hoc assert. 50. Vnitas Fidei.

d Aug. Prolog. de Doct. Chri. post medium.

e Hæc sola Ecclesia testificatione cognosci, fatentur Nouatores, ciuitati Thesi 31.

f fol. 331.

Nul-

a *Nullum verò hæreticum saluari posse.* Quid si disputetur, An vox aliqua, vel sententia scripturæ, propriè, an potiùs figuratè, accipi debeat? Vt enim fateamur rectissimè dictum Augustino, b *Nihil ferè, de illis obscurioribus erui, quod non planissimè alibi dictum legatur,* si videlicet verba sine Tropis, sine vllis figuris accipiantur, Attamen è scriptura sola, An vox aliqua figuratè, an propriè sumatur, quomodo discernemus? In his & sexcentis similibus, nihilné certi? An si hæc talia incerta, non omnia Christianæ religionis incerta erunt? Vt igitur certa essent, affore se Ecclesiæ Christus promisit, nec vnquam passurum, vt à vero aberret; Quod scripturis age comprobemus.

a Vide Thesim 50.
b August. 2. de Doctr. Christ. c. 6. in fine.

XXIIII.

Abiturus igitur ad Patrem Seruator noster, protectionem Ecclesiæ suæ in docendi munere promittens, a *Mansurum secum suis ad consumationem seculi recepit,* & b *spiritum veritatis,* qui nec fallere, nec falli possit, *missurum, vt nobiscum in æternum maneat,* Nec vnam aut alteram, multis næuis & stipulis falsæ doctrinæ contaminatam; sed c *omnem* omninò *veritatem edoceat.* Non vno vel aliquot seculis, sed *in æternum.* Quibus locis, donum aliquod, non finiendum morte Apostolorum, sed ad finem seculi permansurum promittitur, atque adeò non solis Apostolis dandum, qui morte præuenti, ad seculi finem superesse, ac docere non potuêre. Certum & illud; d Donum huiusmodi, singulis fidelibus non promitti, Quis enim est, qui omnem edoctus veritatem, in transuersum à vero abripi nequeat? Habent quidem e Iusti Spiritum sanctum, soli tamen Ecclesiæ concessum, vt omnem instabilis f *Lunæ* varietatem *calcans, fulgore, Solis,* obscurari nescio, *vestita* semper inoffenso ad veritatem pede gradiatur. Rectè igitur Augustinus g *Vniuersa Ecclesia hæc promissa* ait, *quæ alijs nascentibus, alijs morientibus, hic vsq; in sæculi consumationem futura est,* h *Tabernaculi enim huius claui non auferentur, omnes funiculi eius non rumpentur in æternum,* i *Deus enim fundauit eam super stabilitatem suam non inclinabitur in sæculum sæculi:* Quamuis *multi impugnent eam à iuuentute sua.* k *Nec vocabitur vltra derelicta, sed vocabitur voluntas Dei in ea.* Hoc enim est l *fædus meum cum eis, dicit Dominus, spiritus meus, qui est in te, & verba*

a Matth. 28. v. 20.
b Ioa. 14. v. 16.
c Ioa. 16. v. 13.
d Cont. Vitha. fol. 337. 340.
e Rom. 8. v. 9.
f Apoc. 12. v. 1.
g Aug. Epist. 80. sub finem.
h Isa. 33. v. 20.
i Psal. 47. v. 9.
k Isa. 62. v. 4.
l Isa. 59. v. 21.

ba mea, non recedent de ore tuo, & de ore seminis seminis tui, vsq; in sempiternum. Quid? Annon Seruator ipse disertè pronunciat, a *Inferorum portas Ecclesia nunquam praualituras:* Portarum nomine, b more scripturis vsitato, vim ac potentiam summam denotat. Si igitur nulli inferorum, nec aperti impetus, nec insidiosi astus, hanc superare; Si, vt c iam diximus, demoliri non possunt, Qua tandem ratione in erroris baratrum præcipitare poterunt? An modus alius est, quo Ecclesia euertatur, quàm si implicetur erroribus? Nec ad Inuisæ Ecclesiæ latebras recurras. Apertè enim, de ea Christus loquitur: cuius *d claues Petro tradit*, vt scilicet, eam instruat ac regat, Quis autem, quem non nouit, regat? Sed promissio hæc de singulis electis intelligitur, ait e Witaker. Itáne verò? Vnicus igitur electus Ecclesia est Witakero? fortè & vna domus Ciuitas erit. Et si ita est, mentitus est Christus, qui particularibus Ecclesijs, portas inferi, nunquam prævalituras dixit, siquidem, f Witakero autore, omnes & singulæ particulares Ecclesiæ obrui possunt erroribus. Annon idem ipse seruator, seuerissimè sancit, g *Eum, qui Ecclesiam non audit, Ethnici & Publicani loco habendum?* Annon h *se ab ijs contemni dicit, qui eos,* i *quos Spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam, non audiunt,* k *Præpositisq; non obediunt?* At si Ecclesia aberrare, si hæreses credendas proponere potest, fallit nos (quod absit) Christus, cum obediendum simpliciter Ecclesiæ præcipit; Iubere potiùs debuerat, Ecclesiæ iudicium suspectum habendum, & nostro illud iudicio examini subdendum, hoc est, Nulli nisi placentia nobis proponat acquiescendum, Quemlibet supremum esse debere in rebus Fidei, & scripturæ intelligentia, arbitrum. Si igitur, vel in priuatis contra proximum negotijs, Ecclesiæ iudicio correctionique acquiescere debemus, quantò magis in rebus Fidei? Quanquam Christus, l non de priuatis solùm causis agit, sed vniuersè, In omni casu, quo proximus offenditur audire iubet Ecclesiam, Quis autem offendit proximum, si is non offendit, qui vnitatem Fidei scindit, concordiam charitatemque fraternam dissoluit?

Equidem m *Pastores & Doctores* eum in finem *datos Ecclesiæ* vsque ad finem seculi nouimus, ne falsis opinationibus in transuersum abducerentur fideles: At verò si Ecclesia vniuersa, si ca-

a Matth. 16. v.18.
b Gen.22.v.18. Iudic.5. v.8. Ezech.26.v.2.
c Thesi 18. 19.
d Matth. 16. v.18.
e folio 337.
f Vide Assert. 22.
g Matth. 18. v.17.
h Luc.10.v.16
i Act.20.v.28.
k Heb.13. v.17
l Cont. Vitha. folio 328.
m Eph.4.v.12.

si capita, ac velut arietes gregis istius, simul omnes, in errorem præcipitentur, qui defendent Christi oues ab erroribus?

Si Ecclesia *a est Columna*, cui veritas imposita nititur, Ecclesia inquam, Non particularis *b* Ephesiorum (qui enim illa possit esse veritatis columna) sed Catholica, Ea igitur collabente, Veritas quoque, *c* vinci ac superari nescia, ruat necesse est: Si Firmamentum est, nisi huic anchoram reuincias Intellectus, iacteris vt arundo vento agitata, necesse est. Sed Columna veritatis dicitur Ecclesia, inquiunt, quia scriptum verbum Dei, in quo veritas est, fidelissimè custodit: At id, quàm ineptum sit, *d* Witaker ipse vidit, Quæ enim scripturæ mentio in illis Apostoli verbis? Et an Ecclesia, antequam scripta essent Euangelia, Columna veritatis non erat? Si scripturam arcæ inclusam, falsa quis peruertat Intelligentia, veritatis Columna & Firmamentum erit? Arca quidem, vel arciuum veritatis erit, Columna, cui veritas innixa recumbat, non erit, si solùm custodiat scripturam: Si igitur quod Deus coniunxit separari non potest. Si Christi cum Ecclesia matrimonium, quo *e in Fide sponsauit sibi in æternum Ecclesiam*, dissolui poterit, poterit Ecclesia quoque Fidei veritatem amittere.

a 1.Timoth.3. v.15.
b Cont. Vitha. fol. 322.
c 3.Esd.3.v.38.
d folio 321.
e Osee 2. v.20.

XXV.

Nónne sanctitas Ecclesiæ, *a Rugis & macula carens puritas*, *b sponsæ, quæ tota pulchra est*, Fidei puritatem denotat? Cur ea, quæ definiuit Ecclesia, iam inde ab initio nascentis Christianismi, *c spiritui sancto tributa?* An fortè in solis Apostolis hæc definiendi authoritas? Atqui *d seniores etiam* non soli Apostoli definierunt? Nec solùm fideles, sed & Deus ipse (cuius *e reuelatione ascendit Paulus ad Concilium*) voluit, Authoritate potiùs Ecclesiæ, quam collectis Capitibus repræsentant Concilia, quàm solius Pauli, quæ tamen maxima erat, controuersam dirimi, Vt nimirum, exemplum posteris, magis etiam indigentibus, relinqueretur, ad vsum authoritatis, quam ad dirimendas Fidei controuersias in Ecclesia Deus reliquerat.

a Ephe.5.v.27.
b Cant.4. v.7.
c Act.15.v.28.
d Act.15.v.6. & 23.
e Gal. 2. v.2.

Denique ne singula persequendo longum faciam; Si Iudæorum Synagogæ ea diuinitùs authoritas concessa fuit, vt *f in Legis intelligentia, Iudicijq; veritate* errare non potuerit, sed *g vbicunque*

f Deut.17.v.9.
g 2. Paral. 19. v. 10.

de lege, de mandatis, de ceremonijs quæstio esset, labia sacerdotis a custodirent scientiam: Ecquid dubitabimus, Ecclesiam Christi simili ornatam esse priuilegio? Certè Christus ipse, In ei ipso, quem biduo antè passionem habuit sermone, *b seruanda & facienda præcipit, quæ præciperent ij, qui Moysi* in officio successerant, Quod facturus non erat, nisi authoritas illorum, in rebus Fidei proponendis infallibilis fuisset. Sed obediendum, respondent Aduersarij, Sacerdotibus, sub conditione, à Deo expressa: si videlicet, *Iuxta legem* iudicent: Verùm id friuolum est: Nam nec Christus Dominus, nec vetus testamentum, vllam conditionis particulam adiecit; Nec particula *iuxta legem* aliud significat, quàm quod antè clariùs dictum erat, *Iudicabit iudicij veritatem.* Et, si finem ac scopum legis consideres, nullam ibi conditionem appendi clarè intelliges, Iubet enim Deus, difficiles quæstiones, quæ priuato sensu decidi non possunt, sacerdotum sententia definiri, & ita quidem, vt qui non acquiescat, moriatur: At verò si in re ancipiti responsa petentes, examinare debebant, Num sacerdotis definitio secundum legem data esset, æquè dubia ac ante quæstio remansisset, Et iudicium non approbanti, procliuè erat excipere, Non esse sententiam datam *secundum legem.* Hæc scripturæ testimonia, hæc rationum firmamenta, non nuda ac simplici inficiatione, sed scripturis inter se collatis, claro Dei Verbo, refellat si potest, aduersarius.

a Aggai 2. v. 13 Mala. 2. v. 7. b Matth. 28. v 2. in eo sermone, in quo Matthæi 26. v. 2. dicit, scitis quia post biduum, &c.

XXVI.

Sed quibus argumentis hanc veritatem oppugnet aduersarius videamus. *a Quorum scientia perfecta non est,* inquit, *ij errare possunt: At nulli in Ecclesia perfecta sunt præditi scientia; b Ex parte enim cognoscimus. c Deinde, d Omnis homo mendax: At Ecclesia hominum est congregatio. Ad hæc, e Singula Ecclesiæ membra errare possunt.* Ergo & omnia. Vt errasse videmus, cùm *f* Aaronem ducem secuta, vetus Ecclesia, vitulum adorauit: Cùm *g* Pontifice Anna & Caipha, Christum morti adiudicauit. *h Apostoli, etiam percepto Spiritu sancto, sæpiuscule errant:* Vt, *i* cùm Gentibus prædicandum nō putant, Cùm *k* de legalium abrogatione dubitant, &c. *l* Qua de causa sacræ literæ, *m Omnes populi speculatores cæcos nominant.*

a folio 341. b 1. Cor. 13. v. 9. c folio 342. d Rom. 3. v. 4. e folio 344. Hunni. de Eccles. fol. 252. & Thesi 105. pro Colloquio. f Exod. 32. v. 4 g Matth. 26. v. 66. h Vith. fol 351. i Act. 11. v. 1. 4. & 19. k Act. 10. v. 14. Gal. 2. v. 14. l Vithak. folio 354. m Isa. 56. v. 10. Ierem. 8. v. 8.

Verùm

Verùm paleis iſta leuiſſimis, leuiora ſunt. Primum enim, Secundum & Tertium argumentum, ſi quid probant, oſtendunt, contrà Witakerum, In fundamentis quoque errare poſſe Eccleſiam, potuiſſe Apoſtolos: Sed reuera nihil probant: Quamuis enim naturâ quiſque errori ſit obnoxius, Deus tamen poteſt, vel communitatem aliquam, vel quædam illius membra ab omni errore doctrinæ defendere: Idque reipſa præſtitiſſe Apoſtolis, & Eccleſiæ, iam oſtendimus. Illa verò quàm apta eſt ſequela, Poſſunt ſinguli, ergo omnes; Gemella huic; E tribus, quæ ad littus ſunt nauibus, poſſum quamlibet conſcendere, Ergo omnes.

Ad Aaronem quod attinet, *a Erranti populo ad idolum fabricandum, non conſenſit*, ait Auguſtinus, *inductus Aaron, ſed ceſſit obſtrictus:* Nihil igitur contrà Fidem credendum populo propoſuit Aaron, Nec adorandum docuit vitulum, ſed metu compulſus, errore facti, lapſus fuit. Nec tota illa Eccleſia in Idololatriam lapſa; Non Moyſes, qui ſummus tunc *b Sacerdos* erat; Non Leuitæ, *c qui viginti tribus idololatrarum millibus mactatis, Deo manus conſecrarunt*. Aaron verò, eo tempore, *d Sacerdos* quidem fuit, Vnctus tamen in Pontificem needum fuit. Siquidem primùm erecto iam tabernaculo in ſummum ſacerdotem vnctus eſt, Exod.40.v.12. Leuit.18. v.12. Exod 29. v.4. Tabernaculum verò erectum, primo menſe, prima die menſis, anno integro poſt Exodum, Exod.40.v.1. At verò Idololatria commiſſa, cùm legem Deus ferret, menſe tertio, poſt Exodum, Exod. 19.v.1. Nouem igitur elapſis ab idololatria menſibus, inunctus eſt primùm Aaron in Pontificem: Illud verò conſultò hic taceo, quod multi annotarunt. Iniuriam Chriſto facere Nouatores cum Eccleſiam ab ipſo fundatam, exemplo Synagogæ (quod ipſum verum non eſt) erroribus implicant. Nec promiſſa ampliſſima conſiderant, quibus Deo viſum, ſupra Synagogam cohoneſtare, ſponſam Chriſti: Cur enim pari ratione ita non inferunt: Accidit Synagogæ, vt vno in loco ſacra faceret, vt tota Religionis ipſius publica profeſſio deleretur. Accidit Eccleſiæ Patriarcharum, vt nullo regeretur ſcripto verbo, vt certum ac præſcriptam colendi Deum formam, non haberent, Idem Ergo in Chriſti Eccleſiam transferamus: Sed nouum non eſt, Nouatoribus, Eccleſiam, etiam infra Synagogam abijce-

a Aug.14. Ciuit.c.11.

b Pſal.98.v.6. Exod.29.v.10. 13. 18. Exod. 40.v.25. Auguſt. & alij apud Bellar.lib. 5. de Pontifice cap. 9.

c Exod.32. v.26.

d Exod.24. v.3.4.

abijcere, nedum illi æquare, siquidem Synagoga vix infici ex parte cæperat Idololatrijs, cum varij statim submissi à Deo Prophetæ, reuocare eam laborarunt; Christi verò sponsa, totis mille annis, cooperta Idololatrijs, nullum Doctorem legitimum habuit, (si his credimus) quo adusque Luther, velut quædam Veneris stella suam orbi facem inferret.

XXVII.

De Annæ iudicio varia sunt Doctorum virorum iudicia. *a* Plerique censent, non nisi ad Aduentum vsque Christi, erroris periculo exemptam fuisse Synagogam. Id si ita est, non video, qua ratione paulò ante mortem suam, Christus Dominus, obediendum præceperit sedentibus in Cathedra Moysis. Et vt *b* Cyprianus Martyr non semel annotauit, seruator noster, dum in carne versaretur, nihil vnquam de sacerdotali honore Pontificum detraxit. Alij errorem facti duntaxat in eo Concilio agnoscunt, quos doctè refellit Bellarminus. Aptiùs igitur aliquantò dici potest, Authoritatem à Deo promissam fuisse Synagogæ ad docendum, *iuxta legem*, hoc est, ad legis interpretationem & sensum legitimum: In Concilio autem contra Christum coacto, nihil fuit populo traditum, quod *iuxta legem* faciendum præscriberetur, Atque ita, non est commissus error doctrinæ in interpretatione legis, ad quam promissa erat Synagogæ authoritas. Deinde, Etsi *c morte testatoris* Christi confirmatum sit testamentum nouum, Conditum tamen est in cœna vltima, cùm illud, *d Hic calix nouũ testamentum est*, Christus protulit. Authoritas verò Synagogæ, vsque ad conditum nouum testamentum concessa fuit, *e* eo condito, abrogata: Apostoli, ante acceptum Spiritum sanctum errare potuerunt; pòst, In nullum lapsi sunt doctrinæ errorem; Nec vel Gentibus prædicandum non esse, Vel legalia seruanda esse docuerunt. Præceptum quidem fuit Apostolis, vt Iudæis primùm, nec cæteris Gentilibus (*f* Tharsea teste) intra duodecim annos prædicarent: Ingratitudine tamen Iudæorum exigente, qui se indignos præbuerant, tempus hoc à Deo breuiatum esse; Atque adeò, maturas iam esse Gentes Ecclesiæ, D. Petro reuelatum fuit. Cæci vocantur speculatores; quia multi tales, vt in simili supra *g* dictum est.

a Bell. lib. 2. de Concil. c. 8. lib. 3. de Eccl. c. 17. Staplet. libr. 2. de Principijs cap. 12.

b Epist. 55. v. 23. Epist. 69. v. 9.

c Heb. 9. v. 16.

d Ita Mald. Mat. 26. v. 27. Colum. 650. 1. Cor. 11. v. 26.

e Hebr. 8. v. 8. Iere. 31. v. 31.

f Apud Euse. lib. 5. ca. 17. in fine. fauet Matth. 10. v. 5.

g Suprà Thesi 21.

XXVIII.

Nouatores hodierni, licet Lutherum ducem secuti, in congressu cum Catholicis, veteris Ecclesiæ, ac Patrum definita, susque deque habeant; Illudque audacter ingeminent, *a Si mille Augustini, mille Cypriani, mille Ecclesiæ, si antiquus vsus contra nos stent, non curamus. b Non enim quærimus, quid Ambrosius & Augustinus, quid Concilia, & vsus seculorum doceant: Et miranda est Sathanæ stultitia, qui ijs nos oppugnat, quæ ipsi oppugnamus.* Vbi tamen negotium illis est cum sibi similibus Nouatoribus, mirum, quantùm Ecclesiæ authoritatem deprædicant, & vix non illud clamant; *c Disputare contra ea, quæ vniuersa tenet Ecclesia, insolentissima est insania. d Quod enim vniuersa tenet Ecclesia, nec à Concilijs est institutum, id Apostolica authoritate traditum esse, rectissimè credimus:* Nam non solùm: *e Mos populi pro lege tenendus, in rebus, de quibus nil scriptura statuit:* Verùm etiam, *f Tunc scripturæ tenetur authoritas, cum id facimus, quod vniuersæ iam placuit Ecclesiæ. g Nec aliter probandum, quid Apostoli docuerint; nisi per Ecclesias, quas Apostoli condiderunt. h Si enim sapienti alicui Dominus præberet testimonium, vt de erta quæstione à nobis consuleretur, Non dubitaremus id facere, quod ille dixisset; Nefarium ergò est, non credere Ecclesiæ, cui Christus perhibet testimonium.* Lutherum audi, *i Testimonium totius sanctæ Ecclesiæ, tametsi præter illud nihil nobis reliquum esset, sufficere deberet ad reijciendos phanaticos spiritus. Quia periculosum & horrendum est, quidquam vel audire vel credere contra vnanimem testificationem, & doctrinam totius sanctæ Ecclesiæ, quæ ab initio ad nos vsq́; , supra mille quingentos annos, in toto orbe terrarum, concorditer sensit. Qui enim de eo dubitat, quod ab initio consentienter creditum est, idem facit, ac si Christianam Ecclesiam non crederet, damnatq́; totam Ecclesiam tanquam hæreticam; Imò & ipsum Christum, & Apostolos, qui articulum Fidei nostræ (credo sanctam Ecclesiam Catholicam) condiderunt:* Monet deinceps Principem, si non obsistet Sectatoribus, *horribiliter grauatum iri eius conscientiam, quòd contra sanctæ Ecclesiæ, ad nos vsq́; perductam Fidem, sineret quidquam doceri.* Alibi rursus; *k Apud Christianos, hæc consideratio fortissima est: Cùm Christi Ecclesia baptizet, certò sequi, hunc articulum de Baptismo verum esse: fieri enim non potest, tot eximios Christia-*

a Luth. Tomo 2. lat. Witt. lib. 2. cont. Regem Angl. fol. 369.
b Eodem Tomo 2. anni 46. lib. contra Regem Angl. fol. 339.
c Aug. Epist. 118. longè post medium.
d Aug. 4. de Bapt. c. 24. lib. 5. ca. 23. Epist. 118. initio. Epist. 99. ante med.
e Aug. Epist. 86. init.
f Aug. 1. cont. Crescon. c. 33.
g Tertullia. de Præscrip. c. 6.
h Aug. de Vnit. Eccl. c. 22.
i Luth. Epist. ad Albertum Prussiæ Duc. anno 1532. Redaius in Ministromac. fol. 2. Pistor. in Analysi de Eccle. fol. 220.
k Tomo 5. lat. Witt. an. 54. in 1. Cor. 15. folio 162.

stianos, stultos, & amentes esse. Caluinus verò; *a Ecclesiæ authoritatem*, inquit, *spernere, vel monita respuere, vel Consilijs refragari, vel castigationes ludere, nemini impunè licet; Multò minus ab ea deficere, ac eius abrumpere vnitatem. Sic enim Deus Ecclesiæ authoritatem commendat, vt, dum illa violatur, suam ipsius imminutam censeat. Neq; parui momenti est, quòd Columna & Firmamentum veritatis vocatur; Quibus verbis significat Paulus, ne intercidat veritas Dei in mundo, Ecclesiam esse fidam eius custodem, cuius ministerio & opera voluit Deus puram verbi prædicationem conseruari. Sequitur ergo, discessionem ab Ecclesia, Christi & Dei abnegationem esse.* Similia retulimus suprà ex *b* Philippo, & alia aliorum his similia recenset *c* Gulielmus Reginaldus.

Ita nempè, vt, quam ipsi patefecerant, grassanti errori viam, obstruerent, ad Ecclesiæ authoritatem, velut ad fidam stationem, reuocant suos rebelles. Sed nihil promouent: Audi enim quid reponant Ariani. *d Cauete*, inquiunt, *à Gabaonitis, qui imponunt populo, laceris vestibus, mucido pane: Non imponant vobis Patres, Vetustas, Concilia. Vetusti enim sunt isti panni, quos vos primùm* (Lutherani) *lacerastis.* Multò etiam clariùs Franciscus Dauidis, *e Non secus*, ait, *Maior nobis insultat sua rancida Patrum, & Conciliorum obtrusione, ac olim Papæ milites Luthero, Quibus ille id vnum respondet, Non teneri se Patrum & Conciliorum authoritate: Hoc idem nos hodie dicimus Maiori, qui cùm has Patrum & Conciliorum feces nobis obijcit, risui suam doctrinam exponit, & hostibus suis arma porrigit.* Nam vt rectè alius quidam Arianus dixit, *f Non possunt approbare Lutherani iudicium Ecclesiæ, in condemnando Ario, Sabellio, &c. quin suam quoq; hæresim damnatam fateantur; Eadem enim, inquit, Ecclesia, quæ damnauit Arianos, damnauit & Lutheranos.*

a Lib. 4. cap. 1. n. 10. & 5.

b Vide Thesim 20. & 30. & Antiloquium.

c Lib. 3. Calui. Turcis. cap. 3. fol. 394.

d Ita Brzezinensi apud Rescium Ministromach. folio 62. Reginal. li. 3. c. 3. fol. 403. Caluino Turcismi.

e Libro contra Maiorem edito Claudiop. an. 1569. Epist. Dedicat.

f Apud Andream Iurgeuit. in Bello quinti Euang. cap. 11.



PARS

PARS QVINTA
QVÆ SINT VERÆ ECCLESIÆ NOTÆ.
XXIX.



REctè monet Witaker, *a quæstionem esse, quæ sit vera & visibilis Christi Ecclesia, ad quam nos adiungere, & in cuius societate viuere debemus. Nam Ecclesiam inuisibilem, soli Deo notam, nullis Notis, nosse possumus: Visibilem verò notis & signis quibusdam, possumus.* Ita est, Witaker, quærimus quæ sit, non Sathanæ & errorum, sed Christi, Ecclesia, quam non fugere vt hæresibus inquinatam, sed amplecti vt matrem debemus, si salui esse cupimus. Quam vos, ne agnosci possit, abscondere laboratis, & in eius notis enumerandis estis instabiles, & à vobis ipsis diffidetis. Caluinus Ecclesiam, alicubi ait, *b debere esse societatem, per totum orbem diffusam, per omnes ætates dispersam, vna tamen Christi doctrina colligatam; vnitatem Fidei & fraternam concordiam colentem.* Quibus verbis quatuor Ecclesiæ notas videtur innuere. Centuriatores verò, vbi Ecclesiam definiuissent, *c Esse visibilem cœtum, amplectentium sinceram doctrinam, & rectè vtentium Sacramentis, in quo multi sunt non sancti, sed de doctrina vera consentientes:* Signa Ecclesiæ hoc ordine recensent. *d Primum est, Verbum Dei purum, & legitimus vsus Sacramentorum. Deinde Confessionis constantia & perseuerantia: Obedientia erga ministerium: Concordia & vnio in doctrina: Perpetua, vsq; ad mundi finem duratio. e Vera enim Ecclesia,* inquiunt, *omnibus sæculis & vbiq; locorum dispersa, duratura est vsq; ad Christi aduentum.*

a qu.5.cap.3. fol.377.

b Loco citato Assert. 20.

c Cent.1.libr.1. c.4. fol.170.

d Cent.1.lib.2. c.4.Col.380.& sequent.

e Lib.1.cap.4. Col.175.

Verùm quia hæc nimis aperta sunt falsitatis Ecclesiæ Protestanticæ indicia; Quia eas notas, quibus Apostoli, quibus antiquitas, veram à falsa distinxit Ecclesiam, suis conuenire non posse sectis vident; Alia signa excogitant. Caluinus enim & cæteri,

Et mitto hic in primis veterum hac de re consensum, Qui vbi primum in auditum antè dogma emergebat, conuocatis Ecclesiæ Pastoribus, totam Ecclesiam repræsentantibus, quid credendum, quidúe reprobandum esset, definiebant, Eorumque sententiæ, *a æquè ac Euangelijs* fideles acquiescebant, quantumuis aduersa pars scripturas creparet, & Conciliorum argumenta plausibiliter eludere non cessaret, vt in Ario, Pelagio, cæterisque videmus: Cur hoc? Nisi quia altè infixum erat, Ecclesiam à veritate deflectere non posse, quam idem spiritus regebat, qui olim Apostolos, Atque adeò *b qui falli metueret obscuritate quæstionis, Ecclesiam debere consulere?* Mitto, quòd Enthusiasticis suis syncretismis, eam vim tribuunt Caluinistæ, vt veritatem saluti adipiscendæ necessariam deprauare nequeant, Cur igitur idipsum Christi Sponsæ denegant? Mitto, quòd Ecclesiam perpetuam esse iam ostendimus, quæ tamen si à vera *c Fide*, qua *Deo desponsata est*, excidere posset, posset & deficere. Mitto, quòd in Symbolo, & esse Christi Ecclesiam, & sanctam esse, confitemur; At quæ hæresibus deprauata est, nec Christi Ecclesia est, nec cum infidelitate sanctitatem retinere potest. Mitto, quòd si Ecclesiæ authoritas infallibilis, & ab erroris periculo libera non est, nullum ad conseruandam Vnitatem Fidei, toties in scriptura commendatam, medium, Nulla ad hæreses deuitandas, Nulla ad veram à falsa Religione internoscendã, Nulla ad Fidei puritatem conseruandam, &, quod consequens est, ad salutem acquirendam, via ac ratio relicta erit. Quæ enim illa esset per Deum immortalem? An phaneroses & vertiginosi cuiusque capitis Syncretismi? At hi non vnitatis & veritatis, sed dissensionis & erroris labyrinthi sunt, *d superbissimæq; ac periculosa tentationes.* An scriptura sola? At quid si lis oriatur, quæ finiri per scripturas nequeat, vt si quæratur, *e* An Epistolæ Pauli sint Canonicæ? An illibata permanserit scriptura, nulla sui parte mutilata, variata, aucta? Quid enim horum in scriptura expressum? Et licet expressum esset, quia tamen, Nec processus infinitus in probatione scripturæ per scripturam, Nec circulus admitti potest, veniendum tandem erit ad aliquam, quæ alia probari nequeat, scripturam. Certè Witaker ipse hæreticum pronunciat, *f qui vllam scripturæ partem ab Ecclesia receptam, negat Canonicam esse;*

a Gregor. lib. 1. Epist. 24. ad finem.

b Aug. 1. cont. Crescon. c. 33.

c Osea 2. v. 20.

Latius de hoc assert. 50. Vnitas Fidei.

d Aug. Prolog. de Doct. Chri. post medium.

e Hæc sola Ecclesiæ testificatione cognosci, fatentur Nouatores, ciuitati Thesi 51.

f fol. 331.

Nul-

a Nullum verò hæreticum saluari posse. Quid si disputetur, An vox aliqua, vel sententia scripturæ, propriè, an potiùs figuratè, accipi debeat? Vt enim fateamur rectissimè dictum Augustino, *b Nihil ferè, de illis obscurioribus erui, quod non planissimè alibi dictum legatur,* si videlicet verba sine Tropis, sine vllis figuris accipiantur, Attamen è scriptura sola, An vox aliqua figuratè, an propriè sumatur, quomodo discernemus? In his & sexcentis similibus, nihilné certi? An si hæc talia incerta, non omnia Christianæ religionis incerta erunt? Vt igitur certa essent, affore se Ecclesiæ Christus promisit, nec vnquam passurum, vt à vero aberret; Quod scripturis age comprobemus.

a Vide Thesim 50.
b August. 2. de Doctr. Christ. c. 6. in fine.

XXIIII.

Abiturus igitur ad Patrem Seruator noster, protectionem Ecclesiæ suæ in docendi munere promittens, *a Mansurum se cum suis ad consumationem seculi recepit,* & *b spiritum veritatis,* qui nec fallere, nec falli possit, *missurum, vt nobiscum in æternum maneat,* Nec vnam aut alteram, multis næuis & stipulis falsæ doctrinæ contaminatam, sed *c omnem* omninò *veritatem edoceat.* Non vno vel aliquot seculis, sed *in æternum.* Quibus locis, donum aliquod, non finiendum morte Apostolorum, sed ad finem seculi permansurum promittitur, atque adeò non solis Apostolis dandum, qui morte præuenti, ad seculi finem superesse, ac docere non potuêre. Certum & illud; *d* Donum huiusmodi, singulis fidelibus non promitti, Quis enim est, qui omnem edoctus veritatem, in transuersum à vero abripi nequeat? Habent quidem *e* Iusti Spiritum sanctum, soli tamen Ecclesiæ concessum, vt omnem instabilis *f Lunæ* varietatem *calcans, fulgore, Solis,* obscurari nescio, *vestita* semper inoffenso ad veritatem pede gradiatur. Rectè igitur Augustinus *g Vniuersa Ecclesia hæc promissa* ait, *quæ alijs nascentibus, alijs morientibus, hìc vsq; in seculi consumationem futura est, h Tabernaculi enim huius claui non auferentur, omnes funiculi eius non rumpentur in æternum, i Deus enim fundauit eam super stabilitatem suam non inclinabitur in saeculum saeculi:* Quamuis *multi impugnent eam à iuuentute sua. k Nec vocabitur vltra derelicta, sed vocabitur voluntas Dei in ea.* Hoc enim est *l fædus meum cum eis, dicit Dominus, spiritus meus, qui est in te, & verba*

a Matth. 28. v. 20.
b Ioa. 14. v. 16.
c Ioa. 16. v. 13.
d Cont. Vitha. fol. 337. 340.
e Rom. 8. v. 9.
f Apo. 12. v. 1.
g Aug. Epist. 80. sub finem.
h Isa. 33. v. 20.
i Psal. 47. v. 9.
k Isa. 62. v. 4.
l Isa. 59. v. 21.

ba mea, non recedent de ore tuo, & de ore seminis seminis tui, vsq; in sempiternum. Quid? Annon Seruator ipse disertè pronunciat, *a Inferorum portas Ecclesiæ nunquam prænalituras:* Portarum nomine, *b* more scripturis vsitato, vim ac potentiam summam denotat. Si igitur nulli inferorum, nec aperti impetus, nec insidiosi astus, hanc superare; Si, vt *c* iam diximus, demoliri non possunt, Qua tandem ratione in erroris baratrum præcipitare poterunt? An modus alius est, quo Ecclesia euertatur, quàm si implicetur erroribus? Nec ad Inuisæ Ecclesiæ latebras recurras. Apertè enim, de ea Christus loquitur: cuius *d claues Petro tradit*, vt scilicet, eam instruat ac regat, Quis autem, quem non nouit, regat? Sed promissio hæc de singulis electis intelligitur, ait *e* Witaker. Itáne verò? Vnicus igitur electus Ecclesia est Witakero? fortè & vna domus Ciuitas erit. Et si ita est, mentitus est Christus, qui particularibus Ecclesijs, portas inferi, nunquam præualituras dixit, siquidem, *f* Witakero autore, omnes & singulæ particulares Ecclesiæ obrui possunt erroribus. Annon idem ipse seruator, seuerissimè sancit, *g Eum, qui Ecclesiam non audit, Ethnici & Publicani loco habendum?* Annon *h se ab ijs contemni dicit, qui eos, i quos Spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam, non audiunt, k Præpositisq; non obediunt?* At si Ecclesia aberrare, si hæreses credendas proponere potest, fallit nos (quod absit) Christus, cum obediendum simpliciter Ecclesiæ præcipit; Iubere potiùs debuerat, Ecclesiæ iudicium suspectum habendum, & nostro illud iudicio examini subdendum, hoc est, Nulli nisi placentia nobis proponat acquiescendum, Quemlibet supremum esse debere in rebus Fidei, & scripturæ intelligentia, arbitrum. Si igitur, vel in priuatis contra proximum negotijs, Ecclesiæ iudicio correctionique acquiescere debemus, quantò magis in rebus Fidei? Quanquam Christus, *l* non de priuatis solùm causis agit, sed vniuersè, In omni casu, quo proximus offenditur audire iubet Ecclesiam, Quis autem offendit proximum, si is non offendit, qui vnitatem Fidei scindit, concordiam charitatemque fraternam dissoluit?

a Math. 16. v. 18.
b Gen. 22. v. 18. Iudic. 5. v. 8. Ezech. 26. v. 2.
c Thesi 18. 19.
d Math. 16. v. 18.
e folio 337.
f Vide Assert. 22.
g Math. 18. v. 17.
h Luc. 10. v. 16
i Act. 20. v. 28.
k Heb. 13. v. 17
l Cont. Vitha. folio 328.

Equidem *m Pastores & Doctores* eum in finem *datos Ecclesiæ* vsque ad finem seculi nouimus, ne falsis opinationibus in transuersum abducerentur fideles: At verò si Ecclesia vniuersa, si ca-

m Eph. 4. v. 12.

si capita, ac velut arietes gregis istius, simul omnes, in errorem præcipitentur, qui defendent Christi oues ab erroribus?

Si Ecclesia *a est Columna*, cui veritas imposita nititur, Ecclesia inquam, Non particularis *b* Ephesiorum (qui enim illa possit esse veritatis columna) sed Catholica, Ea igitur collabente, Veritas quoque, *c* vinci ac superari nescia, ruat necesse est: Si Firmamentum est, nisi huic anchoram reuincias Intellectus, iactoris vt arundo vento agitata, necesse est. Sed Columna veritatis dicitur Ecclesia, inquiunt, quia scriptum verbum Dei, in quo veritas est, fidelissimè custodit: At id, quàm ineptum sit, *d* Witaker ipse vidit, Quæ enim scripturæ mentio in illis Apostoli verbis? Et an Ecclesia, antequam scripta essent Euangelia, Columna veritatis non erat? Si scripturam arcæ inclusam, falsa quis peruertat Intelligentia, veritatis Columna & Firmamentum erit? Arca quidem, vel acciuum veritatis erit, Columna, cui veritas innixa recumbat, non erit, si solùm custodiat scripturam: Si igitur quod Deus coniunxit separari non potest. Si Christi cum Ecclesia matrimonium, quo *e in Fide sponsauit sibi in æternum Ecclesiam*, dissolui poterit, poterit Ecclesia quoque Fidei veritatem amittere.

a 1. Timoth. 3. v. 15.
b Cont. Vitha. fol. 322.
c 3. Esd. 3. v. 38.
d folio 321.
e Osee 2. v. 20.

XXV.

Nónne sanctitas Ecclesiæ, *a Rugis & macula carens puritas*, *b sponsæ, quæ tota pulchra est*, Fidei puritatem denotat? Cur ea, quæ definiuit Ecclesia, iam inde ab initio nascentis Christianismi, *c spiritui sancto tributa?* An fortè in solis Apostolis hæc definiendi authoritas? Atqui *d seniores etiam* non soli Apostoli definierunt? Nec solùm fideles, sed & Deus ipse (cuius *e reuelatione ascendit Paulus ad Concilium*) voluit, Authoritate potiùs Ecclesiæ, quam collectis Capitibus repræsentant Concilia, quàm solius Pauli, quæ tamen maxima erat, controuersiam dirimi, Vt nimirum, exemplum posteris, magis etiam indigentibus, relinqueretur, ad vsum authoritatis, quam ad dirimendas Fidei controuersias in Ecclesia Deus reliquerat.

a Ephe. 5. v. 27.
b Cant. 4. v. 7.
c Act. 15. v. 28.
d Act. 15. v. 6. & 23.
e Gal. 2. v. 2.

Deniquè ne singula persequendo longum faciam; Si Iudæorum Synagogæ ea diuinitùs authoritas concessa fuit, vt *f in Legis intelligentia, Iudicijq; veritate* errare non potuerit, sed *g vbicunque*

f Deut. 17. v. 9.
g 2. Paral. 19. v. 10.

a Aggai 2.v.13 *de lege, de mandatis, de ceremonijs quæstio esset, labia sacerdotis* a *custodirent scientiam:* Ecquid dubitabimus, Ecclesiam Christi simili ornatam esse priuilegio? Certè Christus ipse, In ei ipso, quem biduo antè passionem habuit sermone, b *seruanda & facienda præcipit, quæ præciperent ij, qui Moysi* in officio successerant, Quod facturus non erat, nisi authoritas illorum, in rebus Fidei proponendis infallibilis fuisset. Sed obediendum, respondent Aduersarij, Sacerdotibus, sub conditione, à Deo expressa: si videlicet, *Iuxta legem* iudicent: Verùm id friuolum est: Nam nec Christus Dominus, nec vetus testamentum, vllam conditionis particulam adiecit; Nec particula *iuxta legem* aliud significat, quàm quod antè clariùs dictum erat, *Iudicabit iudicij veritatem.* Et, si finem ac scopum legis consideres, nullam ibi conditionem appendi clarè intelliges, Iubet enim Deus, difficiles quæstiones, quæ priuato sensu decidi non possunt, sacerdotum sententia definiri, & ita quidem, vt qui non acquiescat, moriatur: At verò si in re ancipiti responsa petentes, examinare debebant, Num sacerdotis definitio secundum legem data esset, æquè dubia ac ante quæstio remansisset, Et iudicium non approbanti, procliuè erat excipere, Non esse sententiam datam *secundum legem.* Hæc scripturæ testimonia, hæc rationum firmamenta, non nuda ac simplici inficiatione, sed scripturis inter se collatis, claro Dei Verbo, refellat si potest, aduersarius.

Mala.2.v.7.
b Matth. 28. v 2. in eo sermone, in quo Matthæi 26. v.2. dicit, scitis quia post biduum, &c.

XXVI.

Sed quibus argumentis hanc veritatem oppugnet aduersarius videamus. a *Quorum scientia perfecta non est*, inquit, *ij errare posiunt: At nulli in Ecclesia perfecta sunt præditi scientia;* b *Ex parte enim cognoscimus.* c *Deinde,* d *Omnis homo mendax: At Ecclesia hominum est congregatio. Ad hæc,* e *Singula Ecclesia membra errare possunt.* Ergo & omnia. Vt errasse videmus, cùm f Aaronem ducem secuta, vetus Ecclesia, vitulum adorauit: Cùm g Pontifice Anna & Caipha, Christum morti adiudicauit. h *Apostoli, etiam percepto Spiritu sancto, sæpiusculè errant:* Vt, i cùm Gentibus prædicandum nō putant, Cùm k de legalium abrogatione dubitant, &c. l Qua de causa sacræ literæ, m *Omnes populi speculatores cæcos nominant.*

a folio 341.
b 1.Cor.13.v.9.
c folio 342.
d Rom.3.v.4.
e folio 344.
Hunni. de Eccles. fol.252. & Thesi 105. pro Colloquio.
f Exod.32.v.4
g Matth.26. v.66.
h Vith. fol 351.
i Act.11. v.1. 4.& 19.
k Act.10 v.14. Gal.2.v.14.
l Vithak. folio 354.
m Isa.56.v.10. Ierem.8.v.8.

Verùm

Verùm paleis iſta leuiſſimis, leuiora ſunt. Primum enim, Secundum & Tertium argumentum, ſi quid probant, oſtendunt, contrà Witakerum, In fundamentis quoque errare poſſe Eccleſiam, potuiſſe Apoſtolos: Sed reuera nihil probant: Quamuis enim naturâ quiſque errori ſit obnoxius, Deus tamen poteſt, vel communitatem aliquam, vel quædam illius membra ab omni errore doctrinæ defendere: Idque reipſa præſtitiſſe Apoſtolis, & Eccleſiæ, iam oſtendimus. Illa verò quàm apta eſt ſequela, Poſſunt ſinguli, ergo omnes; Gemella huic; E tribus, quæ ad littus ſunt nauibus, poſſum quamlibet conſcendere, Ergo omnes.

Ad Aaronem quod attinet, *a Erranti populo ad idolum fabricandum, non conſenſit*, ait Auguſtinus, *inductus Aaron, ſed ceſſit obſtrictus:* Nihil igitur contrà Fidem credendum populo propoſuit Aaron, Nec adorandum docuit vitulum, ſed metu compulſus, errore facti, lapſus fuit. Nec tota illa Eccleſia in Idololatriam lapſa; Non Moyſes, qui ſummus tunc *b Sacerdos* erat; Non Leuitæ, *c qui viginti tribus idololatrarum millibus mactatis, Deo manus conſecrarunt*. Aaron verò, eo tempore, *d Sacerdos* quidem fuit, Vnctus tamen in Pontificem necdum fuit. Siquidem primùm erecto iam tabernaculo in ſummum ſacerdotem vnctus eſt, Exod.40.v.12. Leuit.18. v.12. Exod 29. v.4. Tabernaculum verò erectum, primo menſe, prima die menſis, anno integro poſt Exodum, Exod.40.v.1. At verò Idololatria commiſſa, cùm legem Deus ferret, menſe tertio, poſt Exodum, Exod. 19.v.1. Nouem igitur elapſis ab idololatria menſibus, inunctus eſt primùm Aaron in Pontificem: Illud verò conſultò hic taceo, quod multi annotarunt. Iniuriam Chriſto facere Nouatores cum Eccleſiam ab ipſo fundatam, exemplo Synagogæ (quod ipſum verum non eſt) erroribus implicant. Nec promiſſa ampliſſima conſiderant, quibus Deo viſum, ſupra Synagogam cohoneſtare, ſponſam Chriſti: Cur enim pari ratione ita non inferunt: Accidit Synagogæ, vt vno in loco ſacra faceret, vt tota Religionis ipſius publica profeſſio deleretur. Accidit Eccleſiæ Patriarcharum, vt nullo regeretur ſcripto verbo, vt certum ac præſcriptam colendi Deum formam, non habent, Idem Ergo in Chriſti Eccleſiam transferamus: Sed nouum non eſt, Nouatoribus, Eccleſiam, etiam infra Synagogam abijce-

a Aug.14. Ciuit.c.11.

b Pſal.98.v.6. Exod.29.v.10. 13. 18. Exod. 40.v.25. Auguſt. & alij apud Bellar.lib. 5. de Pontifice cap. 9.

c Exod.32. v.26.

d Exod.24. v.3.4.

abijcere, nedum illi æquare, siquidem Synagoga vix infici ex parte cæperat Idololatrijs, cum varij statim submissi à Deo Prophetæ, reuocare eam laborarunt; Christi verò sponsa, totis mille annis, cooperta Idololatrijs, nullum Doctorem legitimum habuit, (si his credimus) quo adusque Luther, velut quædam Veneris stella suam orbi facem inferret.

XXVII.

De Annæ iudicio varia sunt Doctorum virorum iudicia. *a* Plerique censent, non nisi ad Aduentum vsque Christi, erroris periculo exemptam fuisse Synagogam. Id si ita est, non video, qua ratione paulò ante mortem suam, Christus Dominus, obediendum præceperit sedentibus in Cathedra Moysis. Et vt *b* Cyprianus Martyr non semel annotauit, seruator noster, dum in carne versaretur, nihil vnquam de sacerdotali honore Pontificum detraxit. Alij errorem facti duntaxat in eo Concilio agnoscunt, quos doctè refellit Bellarminus. Aptiùs igitur aliquantò dici potest, Authoritatem à Deo promissam fuisse Synagogæ ad docendum, *iuxta legem*, hoc est, ad legis interpretationem & sensum legitimum: In Concilio autem contra Christum coacto, nihil fuit populo traditum, quod *iuxta legem* faciendum præscriberetur, Atque ita, non est commissus error doctrinæ in interpretatione legis, ad quam promissa erat Synagogæ authoritas. Deinde, Etsi *c morte testatoris* Christi confirmatum sit testamentum nouum, Conditum tamen est in cæna vltima, cùm illud, *d Hic calix nouũ testamentum est*, Christus protulit. Authoritas verò Synagogæ, vsque ad conditum nouum testamentum concessa fuit, *e* eo condito, abrogata: Apostoli, ante acceptum Spiritum sanctum errare potuerunt; pòst, In nullum lapsi sunt doctrinæ errorem; Nec vel Gentibus prædicandum non esse, Vel legalia seruanda esse docuerunt. Præceptum quidem fuit Apostolis, vt Iudæis primùm, nec cæteris Gentilibus (*f* Tharsea teste) intra duodecim annos prædicarent: Ingratitudine tamen Iudæorum exigente, qui se indignos præbuerant, tempus hoc à Deo breuiatum esse; Atque adeò, maturas iam esse Gentes Ecclesiæ, D. Petro reuelatum fuit. Cæci vocantur speculatores, quia multi tales, vt in simili supra *g* dictum est.

a Bell. lib. 2. de Concil. c. 8. lib. 3. de Eccl. c. 17. Staplet. libr. 2. de Principijs cap. 12.

b Epist. 55. v. 23. Epist. 69. v. 9.

c Heb. 9. v 16.

d Ita Mald. Mat. 26. v. 27. Colum. 650. 1. Cor. 11. v. 26.

e Hebr 8. v. 8. Iere. 31. v. 31.

f Apud Euse. lib. 5. ca. 17. in fine. fauet Matth. 10. v. 5.

g Suprà Thesi 21.

XXVIII.

Nouatores hodierni, licet Lutherum ducem secuti, in congressu cum Catholicis, veteris Ecclesiæ, ac Patrum definita, susque deque habeant; Illudque audacter ingeminent, a *Si mille Augustini, mille Cypriani, mille Ecclesiæ, si antiquus vsus contra nos stent, non curamus.* b *Non enim quærimus, quid Ambrosius & Augustinus, quid Concilia, & vsus seculorum doceant: Et miranda est Sathanæ stultitia, qui ijs nos oppugnat, quæ ipsi oppugnamus.* Vbi tamen negotium illis est cum sibi similibus Nouatoribus, mirum, quantùm Ecclesiæ authoritatem deprædicant, & vix non illud clamant; c *Disputare contra ea, quæ vniuersa tenet Ecclesia, insolentissima est insania.* d *Quod enim vniuersa tenet Ecclesia, nec à Concilijs est institutum, id Apostolica authoritate traditum esse, rectissimè credimus:* Nam non solùm: e *Mos populi pro lege tenendus, in rebus, de quibus nil scriptura statuit:* Verùm etiam, f *Tunc scripturæ tenetur authoritas, cum id facimus, quod vniuersæ iam placuit Ecclesiæ.* g *Nec aliter probandum, quid Apostoli docuerint; nisi per Ecclesias, quas Apostoli condiderunt.* h *Si enim sapienti alicui Dominus præberet testimonium, vt de orta quæstione à nobis consuleretur, Non dubitaremus id facere, quod ille dixisset; Nefarium ergò est, non credere Ecclesiæ, cui Christus perhibet testimonium.* Lutherum audi, i *Testimonium totius sanctæ Ecclesiæ, tametsi præter illud nihil nobis reliquum esset, sufficere deberet ad reijciendos phanaticos spiritus. Quia periculosum & horrendum est, quidquam vel audire vel credere contra vnanimem testificationem, & doctrinam totius sanctæ Ecclesiæ, quæ ab initio ad nos vsque, supra mille quingentos annos, in toto orbe terrarum, concorditer sensit. Qui enim de eo dubitat, quod ab initio consentienter creditum est, idem facit, ac si Christianam Ecclesiam non crederet, damnatque totam Ecclesiam tanquam hæreticam, Imò & ipsum Christum, & Apostolos, qui articulum Fidei nostræ (credo sanctam Ecclesiam Catholicam) condiderunt.* Monet deinceps Principem, si non obsistet Sectatoribus, *horribiliter grauatum iri eius conscientiam, quòd contra sanctæ Ecclesiæ, ad nos vsque perductam Fidem, sineret quidquam doceri.* Alibi rursus; k *Apud Christianos, hæc consideratio fortissima est: Cùm Christi Ecclesia baptizet, certò sequi, hunc articulum de Baptismo verum esse: fieri enim non potest, tot eximios Christia-*

a Luth. Tomo 2. lat. Witt. lib. 2. cont. Regem Angl. fol. 369.

b Eodem Tomo 2. anni 46. lib. contra Regem Angl. fol. 539.

c Aug. Epist. 118. longè post medium.

d Aug. 4. de Bapt. c. 24. lib. 5. ca. 23. Epist. 118. initio. Epist. 99. ante med.

e Aug. Epist. 86. init.

f Aug. 1. cont. Crescon. c. 33.

g Tertullia. de Præscrip. c. 6.

h Aug. de Vnit. Eccl. c. 22.

i Luth. Epist. ad Albertum Prussiæ Duc. anno 1532. Re[illegible] in Ministromac. fol. [illegible] Pistor. in Analysi de Eccle. fol. 220.

k Tomo 5. lat. Vitt. an. 54. in 1. Cor. 15. folio 162.


a Lib.4.cap.1. n.10. & 5.

stianos, stultos, & amentes esse. Caluinus verò; a *Ecclesiæ authoritatem*, inquit, *spernere, vel monita respuere, vel Consilijs refragari, vel castigationes ludere, nemini impunè licet; Multò minus ab ea deficere, ac eius abrumpere vnitatem. Sic enim Deus Ecclesiæ authoritatem commendat, vt, dum illa violatur, suam ipsius imminutam censeat. Neq; parui momenti est, quòd Columna & Firmamentum veritatis vocatur; Quibus verbis significat Paulus, ne intercidat veritas Dei in mundo, Ecclesiam esse fidam eius custodem, cuius ministerio & opera voluit Deus puram verbi prædicationem conseruari. Sequitur ergo, discessionem ab Ecclesia, Christi & Dei abnegationem esse.* Similia retulimus suprà ex b Philippo, & alia aliorum his similia recenset c Gulielmus Reginaldus.

b Vide Thesim 20. & 30. & Antiloquium.
c Lib.3. Calui. Turcis. cap.3. fol.394.

Ita nempè, vt, quam ipsi patefecerant, grassanti errori viam, obstruerent, ad Ecclesiæ authoritatem, velut ad fidam stationem, reuocant suos rebelles. Sed nihil promouent: Audi enim quid reponant Ariani. d *Cauete*, inquiunt, *à Gabaonitis, qui imponunt populo, laceris vestibus, mucido pane: Non imponant vobis Patres, Vetustas, Concilia. Vetusti enim sunt isti panni, quos vos primùm* (Lutherani) *lacerastis.* Multò etiam clariùs Franciscus Dauidis, e *Non secus*, ait, *Maior nobis insultat sua rancida Patrum, & Conciliorum obtrusione, ac olim Papæ milites Luthero, Quibus ille id vnum respondet, Non teneri se Patrum & Conciliorum authoritate: Hoc idem nos hodie dicimus Maiori, qui cùm has Patrum & Conciliorum feces nobis obijcit, risui suam doctrinam exponit, & hostibus suis arma porrigit.* Nam vt rectè alius quidam Arianus dixit, f *Non possunt approbare Lutherani iudicium Ecclesiæ, in condemnando Ario, Sabellio, &c. quin suam quoq; hæresim damnatam fateantur; Eadem enim, inquit, Ecclesia, quæ damnauit Arianos, damnauit & Lutheranos.*

d Ita Brzezinensi apud Rescium Ministromach. folio 62. Reginal. li. 3. c.3. fol. 403. Caluino Turcismi.
e Libro contra Maiorem edito Claudiop. an.1569. Epist. Dedicat.
f Apud Andream Iurgeuit. in Bello quinti Euang. cap.11.



PARS

PARS QVINTA

QVÆ SINT VERÆ ECCLESIÆ NOTÆ.

XXIX.



Rectè monet Witaker, a *quæstionem esse, quæ sit vera & visibilis Christi Ecclesia, ad quam nos adiungere, & in cuius societate viuere debemus. Nam Ecclesiam inuisibilem, soli Deo notam, nullis Notis, nosse possumus: Visibilem verò notis & signis quibusdam, possumus.* Ita est, Witaker, quærimus quæ sit, non Sathanæ & errorum, sed Christi, Ecclesia, quam non fugere vt hæresibus inquinatam, sed amplecti vt matrem debemus, si salui esse cupimus. Quam vos, ne agnosci possit, abscondere laboratis, & in eius notis enumerandis estis instabiles, & à vobis ipsis diffidetis. Caluinus Ecclesiam, alicubi ait, b *debere esse societatem, per totum orbem diffusam, per omnes ætates dispersam, vna tamen Christi doctrina colligatam; vnitatem Fidei & fraternam concordiam colentem.* Quibus verbis quatuor Ecclesiæ notas videtur innuere. Centuriatores verò, vbi Ecclesiam definiuissent, c *Esse visibilem cœtum, amplectentium sinceram doctrinam, & rectè vtentium Sacramentis, in quo multi sunt non sancti, sed de doctrina vera consentientes:* Signa Ecclesiæ hoc ordine recensent. d *Primum est, Verbum Dei purum, & legitimus vsus Sacramentorum. Deinde Confessionis constantia & perseuerantia: Obedientia erga ministerium: Concordia & vnio in doctrina: Perpetua, vsq; ad mundi finem duratio.* e *Vera enim Ecclesia*, inquiunt, *omnibus sæculis & vbiq; locorum dispersa, duratura est vsq; ad Christi aduentum.*

a qu.5.cap.3. fol.377.

b Loco citato Assert. 20.

c Cent.1.libr.1. c.4. fol.170.

d Cent.1. lib.2. c.4. Col.380. & sequent.

e Lib.1. cap.4. Col.175.

Verùm quia hæc nimis aperta sunt falsitatis Ecclesiæ Protestanticæ indicia; Quia eas notas, quibus Apostoli, quibus antiquitas, veram à falsa distinxit Ecclesiam, suis conuenire non posse sectis vident; Alia signa excogitant. Caluinus enim & cæteri,

a Calu. libr. 4. c. 1. n. 10. cæteri apud Staplet. libr. 1. Doctrinal, c. 17.

b qu. 5. cap. 17. fol. 613.

c fol. 637.

d fol. 615.

e Matth. 13. v. 24.

f Matth. 28. v. 19. Rom. 10. v. 14.

g 1. Cor. 4. v. 15.

h Act. 16. v. 5

i Ioa. 10. v. 27.

k Psalm. 147. v. 18.

a *Symbola dignoscendæ Ecclesiæ, solam Verbi prædicationem, & Sacramentorum obseruationem* assignant. Witakerus verò, b *Rectum vsum Sacramentorum, non notam, sed prioris notæ appendicem vocat:* c *Nam & hæretici*, inquit, *rectum vsum habere*, d *Et vera Ecclesia, sine vsu Sacramentorum consistere, potest.*

Quòd verò pura Dei verbi (scripti scilicet, cùm traditum verbum Dei, Nouatores non agnoscant) prædicatio, signum sit ac nota veræ Ecclesiæ, toto cap. 19. 20. & 21. probat Witaker. *Ecclesia enim, inquit, est* e *ager dominicus, in quo semen verbi spargitur.* f *Per prædicationem colligitur Ecclesia*, g *Per illam gignit Filios Deo:* h *Prædicatione verbi augetur:* Et, illæ Solæ i *sunt oues Christi, quæ vocem eius audiunt.* k *Qui annunciat eloquium suum terræ.* Verbi prædicatio igitur est nota Ecclesiæ. Quàm ineptè Deus bone! Nihil enim aliud ista probant, quàm quod nos firmissimè credimus, & paulò antè probauimus; Puram doctrinam, Veram verbi Diuini prædicationem, nunquam in Ecclesia posse deficere. Nec vsquam veram esse Ecclesiam, nisi vbi cælestis doctrina, purè & sine hæresibus traditur. Inde tamen, vt postea dicemus, consequens non est, puram verbi prædicationem esse Notam Ecclesiæ, per quam illa à nobis internoscatur.

XXX.

a Cap. 19.

b fol. 323. 615.

c Aug. de Vnit. Eccl. c. 2.

Addit Witaker; a *Pura Verbi prædicatio, in Ecclesiæ definitione, tanquam differentia ponitur, quâ secernatur à Synagoga Sathanæ. Ex fructibus doctrinæ veri Pastores noscentur:* Est igitur pura doctrina Ecclesiæ nota: Demùm, b *Ecclesia per scripturas innotescit*, c *Augustino teste: Scriptura igitur nota est Ecclesiæ, & quidem notior ipsâ Ecclesiâ, quam indicare debet.* Sed in primis pura verbi scripti prædicatio, differentia essentialis Ecclesiæ non est: Nam & in Veteri testamento ante Moysen, & in Nouo, viuente Christo Domino, Imò multis post eius passionem annis, sine scripto verbo Ecclesia fuit, An & sine differentia essentiali? Sed esto, Vera Dei verbi scripti vel traditi prædicatio, & doctrina pura, differentia sit Ecclesiæ, Consequens non est, eam ipsam esse notam, per quam à nobis Ecclesia cognoscatur: Nam & in ipsa rerum natura, Aliud ferè est, quo res inter se essentialiter differunt; Aliud, quo à nobis internoscuntur. Rerum enim differentias, non nisi

per

per notam accidentium coniunctionem, per cognitas operationes, cognoscimus. Fructus doctrinæ, nota est Ecclesiæ, sed ijs, qui veram & falsam doctrinam magisterio Ecclesiæ cognouêre: Qui autem sint hi fructus, Theodoretum audi; *Fructus sunt*, inquit, *Impia & execranda dogmata, quæ per se sufficiunt, ad suum Patrem ostendendum. Sufficit autem eorum exitus, ad falsitatem conuincendum: Quod enim falsum est, facilè dissoluitur, firma autem & stabiles sunt veritati vires.* Per scripturas innotescit Ecclesia, non quòd, vbicunque scriptura sonat, ibi vera sit Christi Ecclesia, quæ enim hæresis est, quæ scripturam in ore non habet? Sed, quòd scriptura, clarissima Ecclesiæ indicia, dotes, ac prærogatiuas illustres tradat, per quas cognoscatur. Verùm per scripturas nemini, nisi qui scripturis fidem habet, demonstrari potest Ecclesia: Isque vel ex eo solo, quòd authoritatem Ecclesiæ in scripturis recipiendis sequitur, rectè ab Augustino conuincitur, In scripturæ etiam intelligentia eandem authoritatem sequi debere. Si verò cum ijs agatur, qui scripturam, æquè ac Ecclesiam, pernegant, Nec scriptura per Ecclesiam, nec Ecclesia per scripturam, sine circulo inutili probari potest: Sed *a sola authoritas est, quæ hos commoueat, vt ad sapientiam perueniant. Hæc autem authoritas dupliciter mouet, partim miraculis, partim sequentium multitudine: Et primùm quidem facta sunt miracula, vt his tandem, multitudine credentium congregata, in ipsos mores vtilis conuerteretur authoritas.* Verùm *b quia magnum ipse prodigium est, qui, mundo credente, prodigia adhuc inquirit vt credat,* Idcircò miraculis hodie agere necesse non est. Sed primò quidem errores contrarij detegendi; Argumenta, quæ veritati demoliendæ conficiuntur, dissoluenda; Deinde argumentis grauissimis, & prudentum iudicio euidentissimis, (qualia à Theologis afferri solent luculentissima) ostendi debet, Ecclesiæ Catholicæ Fidem credibilem esse, & secundum rectam prudentiam credendam: Tum, *c interiùs loquente qui corda docet*, & gratia cooperante, concipit infidelis Piam Voluntatis affectionem, speciè supernaturalem, & quæ solius naturæ viribus fieri nequeat, vt fieri opera quædam bona moralia possunt. Tandem etiam ad credendum, propter solam Dei authoritatem, perducitur. Demùm si cætera adsint, Fidei, cæterarumque virtutum super-

Theodor. lib. 3. hæret. fabul. initio.

Vide Thesim 18.

D. Thom. 1. p. q. 1. a. 8.

a Aug. de Vtil. creden. c. 16.

b Aug. 22. Ciuit. ca. 8 initio.

c Aug. in Ioan. Epist. 1. Tract. 3.

pernaturalium habitus infusos acquirit. Quo quidem in processu, primùm generaliter id ostenditur, veram esse doctrinam huius Ecclesiæ; Tum illius authoritate promouetur infidelis ad credendum diuina esse oracula, quæ sacris litteris consignantur. Quæ de causa rectè dixit a Bellarminus: *Ecclesiam simpliciter priorem esse, & notiorem scriptura*; Et vel in ipsis Ecclesiæ incunabulis, priùs conciliata est authoritas cætui Apostolico, quàm scripturæ sacræ: Nec alia de causa, scripta Apostolorum, sine vlla ambiguitate recepêre fideles, quàm quia persuasi antè erant, Apostolos regi à spiritu sancto.

a Bellar. lib. 4. c. 2. Stapl. lib. 1. Doct. c. 25.

XXXI.

Sed cùm has ignotæ Ecclesiæ, ignotas notas, assignat aduersarius, fucum plebeculæ facit. Omnes enim, quamuis dissectæ, discrepantesque sectæ, hæc signa hodie suæ prætexunt Ecclesiæ: a *Omnes scripturas legunt, nec ob aliud hæretici sunt, nisi quòd scripturas non rectè intelligunt,* b *sed ad imagines phantasmatum suorum conuertunt, quia prætextu sacramentorum, ac scripturæ, populos fallunt*, & vt Nazianzenus alicubì dixit: *plumbeos suos enses, argenteis scripturæ vaginis condere volunt*. At Notæ Ecclesiæ tales esse debent, quas prætexere, pari probabilitate & apparentia, (nam voce quidem prætexere posse non nego) dissentientes sectæ nequeant: Nisi enim tales fuerint, cognosci non poterit vera Ecclesia, cui nos adiungere tenemur. Deinde si (vt aduersarius fatetur) Ecclesiæ essentia, pura verbi prædicatione, & recto vsu Sacramentorum continetur, Idem ergo est, quærere, quo indicio vera Ecclesia cognoscatur; Et quærere; Quibus Symbolis cætus, in quo pura doctrina prædicatur, inuestigari possit; Et, nosse vnum, est pariter nosse alterum; Atque adeò, nisi idem suiipsius nota sit, hallucinatur aduersarius. Sicut enim, si quæratur, quis in hac vrbe Medicorum sit optimus, ineptè respondeas, eum esse, qui faciliùs, citiùs, tutiùs medetur: si, quæ recta sit Viennam via rogêre, non aptè dixeris, eam esse, quæ sine flexu rectà ducit: Sic, cùm Ecclesiæ, quæ puram Christi doctrinam profitetur, Symbola, propriosque Characteres quærimus, non rectè assignas puram doctrinam. Sed esto, Symbolum Ecclesiæ sit pura doctrina, Quorum (amabò te) iudicio puritas ista debet æstimari? Propriône puritatem.

a Aug. libr. 7. de Genes. ad lit. c. 9. sub fin.
b Lib. 3. de Baptis. c. 19. sub finem.

tatem hanc sibi arrogantium? At sectæ omnes ea ratione purâ doctrinâ fulgebunt: An aliorum? At nec Lutherani, nec Caluiniani sapere videntur alijs. Ad hæc, si verbi scripti prædicatio Symbolum essentiale est Ecclesiæ, antè quàm Apostoli Christo viuo, vel iam mortuo, scriberent, nulla fuit Ecclesiæ essentia, nullum signum. Præterea, ab Ecclesia discimus & nos & Nouatores ipsi: Et, quòd supersit verbum aliquod ab Apostolis consignatum, Et hoc ipsum esse, quod hodieque terimus: Si enim, vt antè dicebamus, à Luthero diceretur, hanc scripturam Dei verbum esse, equidem adduci non possem, vt crederem. Rectè igitur alicubi dixit Philippus, *a Vsurpare Ecclesiam, Samsonis illud posse, Nisi arassetis vitulâ meâ, non inuenissetis, id est, nisi audissetis Ecclesiam, quæ est custos verbi Dei, prorsus ignotū esset nobis verbum Dei: b Ecclesiæ enim authoritas, Isagoge est, qua præparemur ad fidem Euangelij:* Licet enim non ab Ecclesia, sed à Deo loquente, authoritatem habeant scripturæ, ostendi tamen ab Ecclesia debent, & eo solùm sensu, scripturis authoritatem dare dicitur Ecclesia *c quòd à Deo datam, declaret.* Si igitur ab Ecclesia non malignantium, (cuius incerta ac dubia est omnis testificatio) sed à vera Dei Ecclesia, discimus, quodnam sit purum Dei verbum: Cognosci igitur antè vera Ecclesia debet, quàm pura verbi prædicatio. At quod in alterius notitiam non deducit, Imò quod alterius notitiam præsupponit, nota & signum dignoscendi esse nequit.

Thesi 17. ex Augustino. Et Nisi cont. Epist. Fund. c. 4.
a In locis Basil. an. 56. Tit. de Eccles. folio 348.
b Calu. libr. 1. c. 7. n. 3.
c Maldon. Præfat. in Matth. c. 1.

XXXII.

Adde, quòd Seruator noster, *a Doctrinæ suæ veritatem, ministerio Ecclesiæ voluit à nobis* internosci: Idcircò enim *Doctores & Pastores Ecclesiæ dati, ne circumferamur omni vento doctrinæ*, sed ad *columnam veritatis* alligati, inter procellas hæresum stabiles persistamus. At si vera Ecclesia nosci debet ex doctrina pura, priùs igitur, quæ pura sint dogmata, agnoscendum: Iis autem cognitis, ministerium Ecclesiæ in docendo, prorsus est inutile: Similiter in dirimendis Fidei controuersijs summa fuit semper Ecclesiæ authoritas: *b Nullum enim* (si Caluino credimus) *nec melius, nec certius remedium, ad Vnitatem Fidei conseruandam, ab initio fuit, quàm, Ecclesiam in Synodo congregari.* Ideoque *c saluberrima semper habita est in Ecclesia Conciliorum authoritas.* Summa fuit Ecclesiæ vtilitas

a Ita Caluin. relatus Assert. 28. & in Antiloquio.
b Calu. libr. 4. c. 9. n. 13.
Vnitatis Origo.
c Aug. Epist. 118. initio.

a Calu. libr. 4. cap. 1. n. 5.

ficas in docendis fidelibus, quos a *Noluit Deus*, inquit Caluinus, *adolescere in virum perfectum, nisi educatione Ecclesiæ; Et omnes in eundem ordinem coegit, vt mansueto & docili spiritu, regendos se Doctoribus Ecclesiæ traderent.* At nulla prorsus erit, si doctrinæ veritas erit Nota Ecclesiæ: Quidquid enim illa determinet, si mihi non adlubescat: Excipiam, priùs ostendi debere, veram esse hanc eius doctrinam, quàm mihi persuadeam, ipsam esse veram Christi Ecclesiam? Vbi autem singulorum dogmatum veritatem percepero, docere me non poterit Ecclesia, nisi actum agat. Deniq; vt quamplurima prætercam, non doctiores solùm, sed & rudis plebecula, & ignaræ anus, & omnes, qui Deum Patrem habere cupiunt, Ecclesiæ matri se adiungere tenentur, Atque adeò nosse etiam Ecclesiam possunt. Quî enim si non norint, ei se adiungant? Si igitur signum, quo Ecclesia vera agnoscitur, puræ Doctrinæ prædicatio est: Si de ignotis iudicium rectè ferre nemo potest: Antequam hi veram Ecclesiam noscant, necesse est, vt omnia omninò dogmata Ecclesiæ, omnia scripturarum arcana, penetrent, vt sic iudicare possint, nihil esse in Ecclesiæ doctrina, quod scripturę repugnet. Quî enim ad scripturæ amussim exiget omnia, & conformia esse scripturis Ecclesiæ dogmata iudicabit, si illa non peruideat? At prorsus impossibile est, vt hi totam scripturæ doctrinam animo complectantur, Vt omnia Catholicorum, Lutheranorum, Caluinistarum, Arianorum dogmata, firmamenta, responsiones, explicationes, percipiant. Præclusa igitur erit his cognoscendæ Ecclesiæ via, siquidem nemo illam nosse potest, nisi qui vasta quadam intellectus capacitate, omnium dogmata, ad Lydium scripturæ lapidem reuocare possit. Quod liquidò demonstrat, Idcircò Nouatores hanc notam excogitasse, vt Ecclesiam mortalibus redderent incognitam. Vt igitur rem tantam paucis expediam: In primis, qui nil sine scriptura docendum existimat, Locum aliquem adferat volo, quo clarè & euidenter, has ipsas esse Notas Ecclesiæ, comprobet: Proferre quidem testimonia potest, quibus hæc inesse veræ Ecclesiæ, comprobet, Nunquam proferet, quibus hæc, signa Ecclesiæ esse doceat: Deinde, quia rerum signa, eam legem & conditionem, assensione omnium, habere debent, vt natura sua propalam, & in aperto posita,

per-

perspicua sint atque euidentia: Obscuris enim, obscura, quomodo lucem afferent? Vt ea ipsa re, quam denotant, clariora sint, & illustriora: Si enim vel magis ignota sint, vel obscuriora, inutilia sunt ad rem ignotam indicandam: Ostendat Witaker, *Thesaurum absconditum in agro, librum signatum intus & foris*, cuius intelligentia *priuata interpretatione non fit*; & vno verbo, veræ doctrinæ notitiam, clariorem patentioremque esse, cognitione Ecclesiæ. Denique vt demus hæc esse ipsissima veræ Ecclesiæ indicia, magis tamen nostra sunt ista, quàm aduersariorum. Ad scripturas enim quod attinet, Iure illud dicimus. *Nullum vos ius capitis Christianarum literarum, Qui estis? quando? vnde venistis? quid in meo agitis non mei? quo iure meam syluam ceditis? Mea est possessio, olim possideo, prior possideo, habeo origines firmas ab ipsis autoribus quorum fuit res*, Quis enim scripturas, his mille annis, ante nouos istos dispensatores custodiuit? Quis ab iniuria temporum vindicauit, ab igne Tyrannorum texit, à fraudibus hæreticorum defendit? Ex cuius archiuis hæc ipsa Biblia Luther in publicum protulit? Cuius testificatione verum Dei verbum esse didicit? Hæc inquam Biblia, quæ totis mille quingentis annis, ita ab Ecclesia Romana defensa, vt ne apex quidem in ijs desideraretur, quæ isti paucis annis, ita prauis versionibus, falsis castigationibus, commentationibus commacularunt: Ita temerarijs censuris de loco suo, libros integros submouerunt, vt apertè alienorum se bonorum dispensatores ostenderint: Iam si de scripturæ intelligentia agatur. Nos eos sequimur scripturæ interpretes, qui vel ab Apostolis, vel à proximis illorum successoribus sunt instituti, quorum ingenij, doctrinæ, eloquentiæ vbertatem orbis admiratur, quorum sanctitatem Deus ipse, miraculis approbauit, quorum fidei doctrinam, tot seculorum cursus, tot Synodorum authoritas comprobauit: Horum sensum & consensum sequimur, Nouatores suum: Vtri igitur pura verbi prædicatione gloriari possint, edicant aduersarij: De vsu Sacramentorum, idem omninò, negotio nullo, ostendi potest: Sed festino ad alia.

Tertul. de Præscrip. cap. 37. nu. 219.

Vide Thesim 45. & 52.

XXXIII.

Quid ad hæc Witakerus? *a* Fatetur, *Notas debere esse notiores re, cuius sunt notæ: pura autem prædicatio notior est, ait, Natu-*

a Cap. 18. folio 627. 628.

a folio 629. *râ, ipsâ Ecclesiâ, etsi non sit notior Nobis.* a *Ecclesiam igitur, de vera Fide* consulendam, nemo nostrum negat, *sed tamen non ideò notior*
b folio 641. *est Ecclesia, verâ prædicatione*; Nam *effectus illustrat causam.* b *Igitur Ecclesiam veritas constituit, & tamen Ecclesia ostendit, vbi & quæ*
c folio 642. *sit veritas.* c *Deniq; licet ideò sit instituta Ecclesia, vt ab ea veritas, & sana doctrina, petatur, inde tamen non sequitur, notiorem esse Ecclesiam veritate: Licet enim Nobis notior sit, non tamen Naturâ.* At hoc est victas hosti dare manus Witakere. Catholici enim id solum vrgent: Notiorem nobis esse veram Ecclesiam, quàm puram doctrinam, Nosque ministerio veræ Ecclesiæ, doctrinæ puritatem agnoscere: An verò Naturâ notior sit veritas dogmatum, non laboramus; Satis est, puram doctrinam non esse signum, quale nos quærimus, Ecclesiæ; signum, inquam, quod NOS in eius notitiam deducat, Hoc enim signum NOBIS, qui eo vti debemus, notius sit oportet. Nec sat est, si solùm Naturâ sit notius,
d Aristot. 1. Phys. tex. 1. & 2. siquidem d *Ex notioribus Nobis, ad ea, quæ notiora sunt Naturâ, progredi solemus & debemus*, vt sapienter annotauit Aristoteles. Quamobrem si de corpore quopiam dubitetur, Viuúmne sit, an mortuum, Id ex operationibus, non ex informatione animæ indagamus, licet anima notior sit Naturâ, & magis coniuncta naturæ viuentis, quàm operationes accidentales. Ad hæc, si ante cognitam Ecclesiam pura doctrina cognosci debet, vt per eam cognoscatur Ecclesia (Notas enim quærimus, quib⁹ Ecclesiam NOS agnoscamus) non solùm Naturâ, sed & nobis Notior erit pura doctrina, quod aduersarius ipse diffitetur. Et sanè, Verbum Dei, Textum Euangelicum, à Witakero, nihil nisi quod scriptum est credente, expectabam, quo ostenderet, puram prædicationem notiorem esse Naturâ, Ecclesiam NOBIS.

Vt igitur rectè, & ex ordine, Vera Ecclesiæ Symbola afferantur, duo sunt præmittenda. Alterum est, signa & notas Ecclesiæ eiusmodi esse debere, quæ à nobis faciliùs, quàm ipsa Ecclesia, cognoscantur; Et quæ ita veræ Christi Ecclesiæ conueniant, vt communes illi cum alijs cœtibus non sint. Alterum: quòd etsi Christi Ecclesia quouis tempore certissima habuerit, quibus agnosceretur, indicia, non eadem tamen semper. Nam ipso nascentis Ecclesiæ initio, non aliæ ferè erant ipsius notæ, quàm miraculorum fre-

frequentia, & magnitudo, adiuncta Prædicatorum innocentia, qui sanguine etiam obsignarunt veritatem,&c. Quia verò postmodum, nec tam crebra, nec tam patentia fieri vulgò miracula, Diuina prouidentia statuerat, *a* *Licet enim & nunc fiant miracula, per Sacramenta, vel orationes, vel memorias sanctorum, sed non eadem claritate illustrantur, vt tanta quanta illa, gloria diffamentur.* Idcircò Diuina eloquia, certa quædam accidentia, & proprietates veræ Ecclesiæ designarunt, quæ illi, post promulgatum Euangelium conuenirent, & per quæ cognosci posset.

a Aug. 22. Ciuit. c. 8. initio.

XXXIV

Longum esset singulas Ecclesiæ Notas recensere; Nænias omnes Witakeri refellere, inconsultum: Symbola Ecclesiæ τεκμήρια, Symbolum Apostolorum exhibet: Cum Vnam, Sanctam, Catholicam, Apostolicam esse, veram Ecclesiam, tradit: Cuius Vnitas, id in primis exigit, ne hoc anno oriatur, aliò occidat; hodie istud, cras illud sentiat, *a* *Sed idem semper de iisdem rebus dicat, crescat in eodem dogmate, eodem sensu, eadem sententia, quemadmodum flos iuuentutis, in senectutis maturitatem perducitur.* Vt in omnibus mundi partibus eadem sentiat; Vt eius membra eadem vbique linguâ loquantur, omnes se intelligant, vereque illud dicere possint fideles, *b* *Audiuimus vnusquisq; linguam nostram*, *c* Vt cor vnum, anima vna, vnus sensus, vna vox sit omnium: Et huius insuper Vnitatis *d* conseruandæ, principia in se fixa, & causas perpetuas habeat: Nec filij Ecclesiæ, hæreticis similes, *e* *qui oues errantes sunt, super omnem faciem terræ: Non omnes hæretici per totam faciem terræ, sed alij hic, alij ibi, Ipsi se non norunt:* Sanctitas verò Ecclesiæ, non est in eo solùm posita, quòd multi in ea, & quòd in ea sola sint sancti, sed in eo vel maximè, Quòd doctrina illius sancta sit, nullum errorem, nullam hæresim vel nouam, vel damnatam olim tradit; Nulla principia ac fundamenta tradit, ex quibus, vel hæreses pullulare possint, vel ad scelera viam sternant, sed sanctitatem & vitæ innocentiam instillat: Non iubet *f* *Ancillam aduenire si nolit vxor*, Non docet, *g* *omnia absoluta necessitate euenire*, Non credit *h* *Deum authorem esse malorum omnium*: Non eleuat fidem Conciliorum, & veteris Ecclesiæ: Non alli-

Vide Thesim 47. & 54.
a Lyrin. c. 28.
b Act. 2. v. 8.
c Ioan. 17. v. 11. Act. 4. v. 32. 1. Cor. 1. v. 10. Galat. 3. v. 28. Ephes. 4. v. 3.
d Vide Thesim 54.
e Aug de Pastoribus c. 8.
Vide Thes. 47.
f Luth. Tomo 5. lat. Wit. an. 54. per Lufft edit. folio 123. serm. de Matrimon.
g Luth. in Assert. art. 36. edit. Wittemb. anni 21. & alibi sæpè.
h Calu. lib. 1. cap. 18. num. 3.

alligat scripturæ intelligentiam, priuatis enthusiasmis, Quæ qui faciunt, fidem omnem, probitatem omnem, radicitùs extirpant.

Sed vt in pauca res quàm plurimas contrahamus, cæteris prætermissis, Tria duntaxat Ecclesiæ signa adferemus.

PRIMVM veræ Ecclesiæ signum dico, Quòd hæc abscondi & occultari nequeat, sed clara semper, & CONSPICVA *sicut Sol, & sicut Luna perfecta*, splendeat. Atque ideò, euidens falsæ Ecclesiæ indicium est, si suppressa, obruta, penitùs sepulta aliquando fuerit: sin autem & cætera, quæ mox referemus, in ea semper deprehensa, & clara semper emicuit, certissimum est veræ Ecclesiæ indicium. *a Quo SIGNO manifesto*, inquit Augustinus, *adhuc paruulus, & nondum valens liquidam discernere à tot erroribus veritatem, tenebit Ecclesiam Christi? Propheta Hieremias docet, Ecclesiam Christi illam esse, quæ omnibus eminet & apparet, & quæ ciuitas supra montem posita abscondi non potest.* Alibi rursus, *b Ecclesia ciuitas est* (polytica scilicet, & ordinata societas) *supra montem posita, quæ certum hoc SIGNVM habet, quod abscondi non potest: Nota est omnibus Gentibus.* Et iure id quidem, Cùm (vt iam ostendimus) Diuina promissione firmatum sit, nullas Dæmonum vires, nullas ministrorum eius machinationes, Ecclesiam depressuras; *c quam enim ignorare nulli licet, nec abscondi potest.* Certè primitiua Ecclesia sub cruce posita, & iugo Tyrannorum, Eo ipso tempore, quo triginta tres Romani Pontifices, continua successione, martyrium obierunt, non solùm sanctissimorum Episcoporum seriem successionemque edit; Sed, Et Martyres clarissimos, Et Synodos in quibus damnatæ hæreses, mores reformati, benè viuendi leges sancitæ, Et Scriptores celeberrimos, profert, qui vel contrà Gentiles Christianam religionem defenderunt, vt Iustinum Atenagoram, Aristidem, Clementem, Tatianum, Quadratum, Cyprianum, Tertulliamum; vel hæresum rabiem repressère, vt Theophili, Apollonij, Irenæi, Proculi, Methodij, Victorini; vel tractatibus & commentarijs Ecclesiam illustrarunt, vt Areopagitæ, Clementes, Hyppoliti, Dionysij Alexandrini, alijque plurimi.

a Aug. 13. cont. Faust. c. 13.

b Libr. 2. cont. Petil. c. 104. in fine.

c Aug. 2. cont. Petil. ca. 32. Et Epist. 170.

XXXV.

ALIVD Ecclesiæ internoscendæ Symbolum, ac veluti tessera

ſeta eſt, quam Symbolum Apoſtolicum refert, quòd ſcilicet Chriſti Eccleſia CATHOLICA ſit, ſeu Vniuerſalis? Catholica, inquam, non ſolùm, quòd alligata ad vnum populum non eſt, vt olim Synagoga; vel quòd omnem veritatem à Chriſto & Apoſtolis traditam ſequatur: Verùm etiam, quòd ad omnes ætates, ad omnes Prouincias, quibus Euangelij buccina inſonuit, extendat propagines. *a Licet enim*, ait Auguſtinus, *poſſet vox CATHOLICA, eum ſenſum habere, vt Vniuerſalitatem notet veritatis, quam ſola Catholica totam, & integram tenet, tamen ex ipſis Dei promiſſis, & manifeſtis Oraculis conſtat, Catholicam illam dici, quæ ſit Eccleſia omnium Gentium*, & quod caput eſt OMNIVM TEMPORVM. *b Illa enim*, vt idem inquit, *eſt diſciplina Catholica, quæ à Chriſto per Apoſtolos, ad nos vſq; emanauit, & abhinc ad poſteros manatura eſt*, ſeu, *vt ipſa vis nominis declarat, c Catholicum eſt, quod vbique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt, d quod contra omnes hæreſes pugnans, expugnari non poteſt, à quo hæreſes exierunt, illa in radice manente.*

Sed ne erres; Duo hîc conſideres velim; Primùm, Cùm ſacræ litteræ Chriſti regnum, Non *e hic vel illic* in angulis, fore, ſed Eccleſiæ fines, *f ad terræ terminos* propagandos: Cùm *g omnes Gentes ſerui turas Chriſto*, *h Omnes orbis nationes ad Eccleſiam venturas*, vt in ea *i ambulent Gentes in lumine Dei*, & reges *terræ videant gloriam* eius, *k vt reges ſint nutricij illius*: Cùm *l in omnem terram ſonus Eccleſiæ propagandus*, vt *m vbique fructificet Euangelium*, & *creſcat*, non deficiat *ſemen vſque ad meſſem*: Cùm *n lapis exiguus orbem impleturus*: *o Cum omnes populi, tribus & linguæ p ab ortu Solis vſq; ad occaſum Chriſto ſeruituræ, & q periturum regnum, quod ei non ſeruiat*, denunciant: Hæc, inquam, non ſic accipe, Quaſi ſimul, vno ſtatim momento, eodemque tempore, hæc fuerint impleta. Quaſi nulla iam ſit prouincia, ad quam prædicatio Euangelij non peruenerit: quaſi ſinguli, nationum omnium, Chriſtum ſint agnituri: Sed, Quòd paulatim, & per partes ætatum ac temporum, *r Omnes Gentes, non omnes homines, omnium gentium*, ad quas Chriſti nomen peruenerit, Eccleſiæ ſint aliquando inſerendæ. Id quod toto *lib. de Vnit. Eccleſ.* lætiſſimè oſtendit Auguſt. *cap. quidem 6.* ex promiſſionibus Veteris teſtamenti,

a Aug. Epi. 48.
b De Vtilitate cred. c. 8. in fin.
c Lyrin. c. 3.
d Aug. libr. 1. de Symbol. ad Catech. cap. 6. Alexan. apud Theodor. lib. 1. cap. 4.
e Matth. 24. v. 23.
f Pſal. 2. v. 8. Pſalm. 71. v. 8.
g Pſal. 71. v. 11. Pſal. 21. v. 26. & 28.
h Iſaia 2. v. 2. cap. 66. v. 20. Mich. 4. v. 1.
i Iſaia 60. v. 3.
k Iſa. 49. v. 23.
l Pſal. 18. v. 5.
m Coloſ. 1. v. 6.
n Dan. 2. v. 35. Similia Geneſ. 22. v. 18. ca. 26. v. 4. cap. 28. v. 14. Iſa. 54. v. 1.
o Dan. 7. v. 14.
p Zach. 9. v. 10 Mich. 1. v. 11. Iſaia 49. v. 6. 12. & 20.
q Iſa. 60. v. 5. 11
r Aug. Epiſ. 80.

menti, *cap.7.* ex decem Isaiæ locis, *cap.8.* ex Psalmis, *cap.10. & 11.* ex Euangelijs, deinceps verò *cap.15. & 16.* explicat qua ratione in suis incunabulis velut *a Luna noua*, pusillus grex audierit Ecclesia, Quomodo, vt alibi idem August. annotauit, *b Fideles, sancti & boni, in comparatione plurimorum malorum, pauci sunt, & per se ipsi multi sunt. c Paucitas ergo commendatur in comparatione multitudinis malorum, multitudo autem bonorum, cum per se ipsa consideratur, non tacetur*, multis deinceps scripturæ testimonijs hanc fideliũ multitudinem comprobat Augustinus, & subdit demùm. *Ecce ipsi dicuntur multi, qui dicuntur & pauci: Quare nisi multi per seipsos considerati, pauci in comparatione iniquorum*, Pauci qui in charitate radicati fidem per dilectionem operantem habent.

a Vide Maldonat. Matth. 13. v. 31.
b Aug. 3. con. Crescon. c. 66. 2. contr. Petil. cap. 45.
c De Vnitat. Eccle. c. 14.

Secundùm; Etsi cætus alicuius Nouitas, certa sit nota falsitatis, cùm, vt antè probatum est, intercidere Ecclesia Christi non possit, vt renascens iterum noua efficiatur: Sola tamen diuturna Antiquitas, si cætera desint, non est infallibilis veræ Ecclesiæ nota: Nam & hæresis consuetudo diuturna esse potest, & tamen *d Veritati nemo præscribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non priuilegium regionum: Licet enim, sicut Christus, ita & veritas prior sit omnibus, Hereses tamen* (antiquæ scilicet, & *e quæ in ætatem Apostolorum se audent inserere, vt idem* Tertullianus alibi loquitur) *non tam nouitas quam veritas reuincit*, quia scilicet, *f* & posterior est hæresis veritate, & per secessionem ab eo, quod priùs creditum est, originem habet.

d Tertull. de Veland. Virgin. ca. 1.
e De Præscrip. c. 32. n. 183.
f Vide ex eodem Tertull. Thesi 20.

XXXVI.

Certissima igitur & indubitata veræ Ecclesiæ NOTA est, Collectionis dogmatum, quam multi profitentur, à temporibus Apostolicis, continuata conseruatio. Collectionis dixi: Nam vnius, alteriúsue dogmatis perpes duratio, non est sufficiens veræ Ecclesiæ argumentum. Dictam verò Collectionem, certissimam esse Ecclesiæ notam, Ex eo primùm liquet: Quòd cùm Ecclesiam suam Christus voluerit & superesse perpetuò, & cognoscibilem esse, vt antè demonstrauimus, si hoc non est, nullum supererit attributum, ex quo cognosci vera Ecclesia possit. Dein' quia rectè Gamalieli dictum, *a sine spiritu Dei* conseruari vnitas Fidei tanto seculorum tractu, in tanta locorum, personarum, controuersiarumq;

a Act. 5. v. 39.

rumque varietate, nulla ratione poteſt, vt experientia hæreſum omnis ætatis manifeſtè docet: Nulla enim vnquam fuit, quæ non in plures diſſecta ſectas, *a aliter atq; aliter per tempora de iiſdem rebus ſenſeru*, vt proinde rectè Magnus Athanaſius dixerit, *b Veræ diſciplinæ argumentum eſſe, vbi eadem confitentur, nec à ſe inuicem, nec à Maioribus diſſentiunt, tametſi diuerſis vixerint temporibus.* Diuina igitur prouidentia, vt hoc veluti Charactere Eccleſia vera cognoſci poſſet, non eſt paſſa, hæreſim vllam, tantam habere in dogmatibus vnitatem, & perpetuitatem, vt facilè non fuerit diſcernere, veram Eccleſiam à Sathanæ Synagoga. Hinc factum, vt licet Theodoretus ad ſua vſque tempora, hæreſes omninò ſeptuaginta ſex, Auguſtinus octoginta octo, alij plures enumerent, tamen omnes illæ, *c vt quidam torrentes, diu ſtare non potuerint*, extinctæ omnes, *d ſola Eccleſia eodem modo ſe ſemper habens, permanſit, & ſui defenſores in medium produxit.* Ad hæc, oſtenſum eſt ſuperiùs, Eccleſiam nec erroribus in tranſuerſum abripi, nec deficere vnquam poſſe. Quidni igitur hac illius dote ad eam inueſtigandam vtamur? præſertim cùm illam cognoſcere ſit facillimum: Nam ſenſu in primis cognoſcimus collectionem aliquorum dogmatum, quam multi externa profeſſione ita retinent, vt omninò inter ſe conueniant in tota hac rerum Fidei multitudine. Lectione verò monumentorum, hiſtoriarum, tractatuum, perinde ac alia quæ ad hiſtoriam pertinent, deprehendimus, An profeſſio talis fidei, ſemper fuerit conſeruata, Vel potiùs multo tempore interrupta, ſepulta, incognita, longè poſt tempora Apoſtolorum per ſeceſſionem à præcedenti fide, cæperit. In hac enim geſtæ rei ſerie finxiſſe tot ac tales viros, quorum monumenta terimus; Et tam conſequenter, & tam vniformiter, In tanta locorum, ac temporum diuerſitate finxiſſe, credendum non eſt. *e Ecquid enim verisimile eſt, vt tot ac tanti in vnam Fidem errauerint? Variaſſe debuit error doctrinæ, Cæterùm quod apud omnes vnum inuentum eſt, non eſt erratum, ſed traditum.* Denique Patres omnes contra ſui temporis hæreſes hoc indicio, & ſuæ Eccleſiæ Veritatem, & hæreticæ nouitatis impietatem oſtenderunt, *f* Quòd nuperam, & recens natam doctrinam afferret; *g* Quòd *de ſe naſci voluerit, nobis in radice cum toto orbe manentibus*; Quòd Eccleſiam anguſtis fini-

a Iren. libro 3. cap. 40.

b Athanaſ. in Decret. Nicænæ Synod. folio 403. Edit. Comelin.

c Aug. in Pſal. 57. poſt medium, In illud: Tanquam aqua decurrēs.

d Euſeb. lib. 4. cap. 7.

e Tertull. de Præſcrip. c. 28.

f Vide Aſſert. 20.

g Optat. lib. 1.

a Isaia 54. v. 3 Vide Thes. 35.

finibus circumscriptam prædicarint, cui Deus ipse iubet, a *vt faciat longos funiculos, & pelles tabernaculorum extendat, ne parcat, ad dextram & ad leuam penetratura.*

XXXVII.

Hæc est illa Ecclesiæ Nota, quæ plures alias in se complectitur: Antiquitatem scilicet, Nouitati repugnantem: Perennem & nunquam interruptam durationem: Vnitatem quam Symbolum præfert: Neque enim Ecclesia, quæ simul tota secundum omnes partes existere nequit, aliam habere vnitatem potest, quàm quòd sine interruptione, sibi semper similis, stabili vnitate ad posteros propagata, peruenerit, Successionem denique, Doctrinæ pariter, & personarum legitimè vocatarum, à qua successione ab Apostolis inchoata, Apostolica nominatur Ecclesia: Etsi enim vbi Antiquitas, & legitima Pastorum successio non reperitur: Vbi Doctores a *nemini succedunt, sed à seipsis incipiunt, ipsi de se nascuntur*, b *Filij sine Patre, tyrones sine Principe, discipuli sine Magistro, sequentes sine antecedente, inquilini sine domo, hospites sine hospitio, pastores sine grege*, c *Episcopi sine populo, sine vlla ordinationis lege, nemine episcopatum dante Episcopi*: Ibi vera Ecclesia esse non possit; Sola tamen Antiquitas, Sola personarum successio, veræ Ecclesiæ indicium non est: Nam & Antiochena Ecclesia, cùm à Samosateno corrupta esset, & Alexandrina cùm à Dioscoro, & Constantinopolitana cùm à Sergio Nestorio Macedonio, &c. successione personarum gloriari poterat: Quia tamen, d *In radice cum toto orbe non manserunt*; e *Sed à nobis recedentes, vnitatis caput, atq; originem, reliquerunt*, scissuram & secessionem à reliquo Ecclesiæ corpore in sua vnitate manente fecerunt; f *Quia se a totius orbis Vnitate, nefario sacrilegio diuiserunt*. Veræ Ecclesiæ non erant; quantumuis scripturas obtruderent, & falsa interpretatione suo instituto adaptarent: Et sanè tam multa, tam patentia sunt scripturæ testimonia, quibus antè ostendimus, perpetuam Fidei ac doctrinæ successionem in Ecclesia permansuram, vt id nunc probare sit superfluum. Doctrinæ verò successioni legitimam quoque Pastorum successionem necessariò coniungi, validè confirmat ipse g Witakerus: Nam & certa Christi promissio, h *Pastores & Doctores in ædificationem corporis sui, ad finem vsq; futuros in Ec-*

a Cypri. Epist. 76. n. 12. & 16.
b Optat. libr. 1. & initio lib. 2.
c Cypria. de Vnit. Eccl. n. 34.
d Optat. lib. 1.
e Cypria. de Vnit. Eccl. n. 40.
f Aug. Epist. 172. initio.
g folio 443.
h Ephe. 4. v. 12.

in Ecclesia docet: Et bonum semen, quod in Ecclesiæ agro vsque ad messem adolescit & crescit, sine Pastoribus legitimè vocatis crescere nequit: Quomodo enim crescat, ni dominicus ager colatur? & quis colet, si desint operarij? Hi verò *quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* Si igitur pura Verbi prædicatione essentia Ecclesiæ continetur: Hæc autem non nisi per legitimè missos Pastores peragi potest, liquidum est, vbi doctrinæ successio reperitur, illic & Doctorum successionem inueniri: Ita vt, licet in ijsdem locis, non semper hæc successio maneat, sed nonnunquam interrumpatur, tamen, certis in locis perseueret semper. Hinc veteris Ecclesiæ Doctores *a* crebrò illud hæreticis obiectant, quòd de se nati, successionem Pastorum edere non possunt, vt potest Romana Ecclesia, in qua, *b Tenet me, inquit Augustinus, ab ipso Petro vsq; ad hodiernum Episcopum successio sacerdotum.* Et Irenæus, *c Iis obediendum esse,* ait, *qui successionem habent ab Apostolis, d Hi enim Fidem nostram custodiunt, & scripturas sine periculo exponunt.* Vbi illud quoque notatu dignum: *e* Patres non suæ quisque Ecclesiæ, sed Romanorum Episcoporum, successionem recensere contra hæreticos: Satis enim erat Ecclesiæ principalis, cuius ipsi membra erant, successionem ostendisse, nec opus erat ire per singulas.

a Aug. Præfat. cont. Part. Donat. in fine. Epist. 165. 11. con. Faust. ca. 2. & refertur d. 11. C. Palam. Irena. lib. 3. cap. 3. Tertull. Præsc. cap. 32. nu. 183. Optatus lib. 2. Epiphan. Heres. 27.
b Aug. contr. Epist. Fund. cap. 4.
c Iren. li. 4. c. 4
d Idem ca. 45.
e Optat. Aug. Iren. Epiphan.

XXXVIII.

Multa Thesium breuitas abscindere cogit. TERTIVM solùm addo veræ Ecclesiæ signum. Quòd illa sola, veris, testatis, certissimis, nec nisi Diuina vi peractis miraculis, suam, suorumq; dogmatum veritatem, confirmauit. Vt enim ex Augustino antè diximus, *f Ecclesia Christi miraculis conciliare debuit authoritatem, vt authoritate obtineret fidem;* Nec vllum certiùs est Diuinitatis argumentum, quàm à miraculis, quæ & Filius Dei, hominem indutus, & Veteres illi, Moyses, Elias & cæteri, nec non Apostoli, *g vt mundus Christianæ prædicationi fidem adhiberet, necessariò miracula exhibuerunt:* Vsque adeò, vt vel ipsi Christo Domino, absque peccato fides denegari potuerit, *h* si miraculis suam ipse non astruxisset maiestatem. Sed vera ac certa sint miracula, quæ fidem concilient, necesse est; Non vana, non ficta, non admiranda nobis, re tamen ipsa minimè miracula, qualia Dæmonis

f Assert. 18. simili a 10. Ciuit. cap. 8. Cont. Epist. Fund. c. 4. Tert. Apolog. c. 22. 23.
g Aug. 22. Ciuit. ca. 8. initio. Exod. 4. v. 1. 5. Mat. 10. v. 7. 8. Mar. 16. v. 20. Act. 2. v. 12. ca. 3. v. 6. Heb. 2. v. 4. 1. Cor. 2. v. 4. Rom. 15. v. 19.
h Ioa. 15. v. 24

litas in docendis fidelibus, quos a *Noluit Deus*, inquit Caluinus, *adolescere in virum perfectum, nisi educatione Ecclesiæ; Et omnes in eundem ordinem coegit, vt mansueto & docili spiritu, regendos se Doctoribus Ecclesiæ traderent.* At nulla prorsus erit, si doctrinæ veritas erit Nota Ecclesiæ: Quidquid enim illa determinet, si mihi non adlubescat: Excipiam, priùs ostendi debere, veram esse hanc eius doctrinam, quàm mihi persuadeam, ipsam esse veram Christi Ecclesiam? Vbi autem singulorum dogmatum veritatem percepero, docere me non poterit Ecclesia, nisi actum agat. Deniq; vt quamplurima præteream, non doctiores solùm, sed & rudis plebecula, & ignaræ anus, & omnes, qui Deum Patrem habere cupiunt, Ecclesiæ matri se adiungere tenentur, Atque adeò nosse etiam Ecclesiam possunt. Qui enim si non norint, ei se adiungant? Si igitur signum, quo Ecclesia vera agnoscitur, puræ Doctrinæ prædicatio est: Si de ignotis iudicium rectè ferre nemo potest: Antequam hi veram Ecclesiam noscant, necesse est, vt omnia omninò dogmata Ecclesiæ, omnia scripturarum arcana, penetrent, vt sic iudicare possint, nihil esse in Ecclesiæ doctrina, quod scripturę repugnet. Quî enim ad scripturæ amussim exiget omnia, & conformia esse scripturis Ecclesiæ dogmata iudicabit, si illa non peruideat? At prorsus impossibile est, vt hi totam scripturæ doctrinam animo complectantur, Vt omnia Catholicorum, Lutheranorum, Caluinistarum, Arianorum dogmata, firmamenta, responsiones, explicationes, percipiant. Præclusa igitur erit his cognoscendæ Ecclesiæ via, siquidem nemo illam nosse potest, nisi qui vasta quadam intellectus capacitate, omnium dogmata, ad Lydium scripturæ lapidem reuocare possit. Quod liquidò demonstrat, Idcircò Nouatores hanc notam excogitasse, vt Ecclesiam mortalibus redderent incognitam. Vt igitur rem tantam paucis expediam: In primis, qui nil sine scriptura docendum existimat, Locum aliquem adferat volo, quo clarè & euidenter, has ipsas esse Notas Ecclesiæ, comprobet: Proferre quidem testimonia potest, quibus hæc inesse veræ Ecclesiæ, comprobet, Nunquam proferet, quibus hæc, signa Ecclesiæ esse doceat: Deinde, quia rerum signa, eam legem & conditionem, assensione omnium, habere debent, vt natura sua propalam, & in aperto posita,

a Calu. libr. 4. cap. 1. n. 5.

per-

perspicua sint atque euidentia: Obscuris enim, obscura, quomodo lucem afferent? Vt ea ipsa re, quam denotant, clariora sint, & illustriora: Si enim vel magis ignota sint, vel obscuriora, inutilia sunt ad rem ignotam indicandam: Ostendat Witaker, *Thesaurum absconditum in agro, librum signatum intus & foris*, cuius intelligentia *priuata interpretatione non fit*; & vno verbo, veræ doctrinæ notitiam, clariorem patentioremque esse, cognitione Ecclesiæ. Denique vt demus hæc esse ipsissima veræ Ecclesiæ indicia, magis tamen nostra sunt ista, quàm aduersariorum. Ad scripturas enim quod attinet, Iure illud dicimus. *Nullum vos ius capitis Christianarum literarum, Qui estis? quando? vnde venistis? quid in meo agitis non mei? quo iure meam syluam ceditis? Mea est possessio, olim possideo, prior possideo, habeo origines firmas ab ipsis autoribus quorum fuit res*, Quis enim scripturas, his mille annis, ante nouos istos dispensatores custodiuit? Quis ab iniuria temporum vindicauit, ab igne Tyrannorum texit, à fraudibus hæreticorum defendit? Ex cuius archiuis hæc ipsa Biblia Luther in publicum protulit? Cuius testificatione verum Dei verbum esse didicit? Hæc inquam Biblia, quæ totis mille quingentis annis, ita ab Ecclesia Romana defensa, vt ne apex quidem in ijs desideraretur, quæ isti paucis annis, ita prauis versionibus, falsis castigationibus, commentationibus commacularunt: Ita temerarijs censuris de loco suo, libros integros submouerunt, vt apertè alienorum se bonorum dispensatores ostenderint: Iam si de scripturæ intelligentia agatur. Nos eos sequimur scripturæ interpretes, qui vel ab Apostolis, vel à proximis illorum successoribus sunt instituti, quorum ingenij, doctrinæ, eloquentiæ vbertatem orbis admiratur, quorum sanctitatem Deus ipse, miraculis approbauit, quorum fidei doctrinam, tot seculorum cursus, tot Synodorum authoritas comprobauit: Horum sensum & consensum sequimur, Nouatores suum: Vtri igitur pura verbi prædicatione gloriari possint, edicant aduersarij: De vsu Sacramentorum, idem omninò, negotio nullo, ostendi potest: Sed festino ad alia.

Tertul. de Præscrip. cap. 37. nu. 219.

Vide Thesim 45. & 52.

XXXIII.

Quid ad hæc Witakerus? a Fatetur, *Notas debere esse notiores re, cuius sunt notæ: pura autem prædicatio notior est*, ait, *Nam-*

a Cap. 18. folio 627. 628.

a folio 629. *râ, ipsâ Ecclesiâ, etsi non sit notior Nobis.* a *Ecclesiam igitur, de vera Fide* consulendam, nemo nostrum negat, *sed tamen non ideò notior*
b folio 641. *est Ecclesia, verâ prædicatione*; Nam *effectus illustrat causam.* b *Igitur Ecclesiam veritas constituit, & tamen Ecclesia ostendit, vbi & qua*
c folio 642. *sit veritas.* c *Deniq; licet ideò sit instituta Ecclesia, vt ab ea veritas, & sana doctrina, petatur, inde tamen non sequitur, notiorem esse Ecclesiam veritate: Licet enim Nobis notior sit, non tamen Naturâ.* At hoc est victas hosti dare manus Witakere. Catholici enim id solum vrgent: Notiorem nobis esse veram Ecclesiam, quàm puram doctrinam, Nosque ministerio veræ Ecclesiæ, doctrinæ puritatem agnoscere: An verò Naturâ notior sit veritas dogmatum, non laboramus; Satis est, puram doctrinam non esse signum, quale nos quærimus, Ecclesiæ; signum, inquam, quod NOS in eius notitiam deducat, Hoc enim signum NOBIS, qui eo vti debemus, notius sit oportet. Nec sat est, si solùm Naturâ sit notius,
d Aristot. 1. Phys. tex. 1. & 2. siquidem *d Ex notioribus Nobis, ad ea, quæ notiora sunt Naturâ, progredi solemus & debemus*, vt sapienter annotauit Aristoteles. Quamobrem si de corpore quopiam dubitetur, Viuúmne sit, an mortuum, Id ex operationibus, non ex informatione animæ indagamus, licet anima notior sit Naturâ, & magis coniuncta naturæ viuentis, quàm operationes accidentales. Ad hæc, si ante cognitam Ecclesiam pura doctrina cognosci debet, vt per eam cognoscatur Ecclesia (Notas enim quærimus, quib⁹ Ecclesiam NOS agnoscamus) non solùm Naturâ, sed & nobis Notior erit pura doctrina, quod aduersarius ipse diffitetur. Et sanè, Verbum Dei, Textum Euangelicum, à Witakero, nihil nisi quod scriptum est credente, expectabam, quo ostenderet, puram prædicationem notiorem esse Naturâ, Ecclesiam NOBIS.

Vt igitur rectè, & ex ordine, Vera Ecclesiæ Symbola afferantur, duo sunt præmittenda. Alterum est, signa & notas Ecclesiæ eiusmodi esse debere, quæ à nobis faciliùs, quàm ipsa Ecclesia, cognoscantur; Et quæ ita veræ Christi Ecclesiæ conueniant, vt communes illi cum alijs cœtibus non sint. Alterum: quòd etsi Christi Ecclesia quouis tempore certissima habuerit, quibus agnosceretur, indicia, non eadem tamen semper. Nam ipso nascentis Ecclesiæ initio, non aliæ ferè erant ipsius notæ, quàm miraculorum fre-

frequentia, & magnitudo, adiuncta Prædicatorum innocentia, qui sanguine etiam obsignarunt veritatem, &c. Quia verò postmodum, nec tam crebra, nec tam patentia fieri vulgò miracula, Diuina prouidentia statuerat, *a Licet enim & nunc fiant miracula, per Sacramenta, vel orationes, vel memorias sanctorum, sed non eadem claritate illustrantur, vt tanta quanta illa, gloria diffamentur.* Idcircò Diuina eloquia, certa quædam accidentia, & proprietates veræ Ecclesiæ designarunt, quæ illi, post promulgatum Euangelium conuenirent, & per quæ cognosci posset.

a Aug. 22. Ciuit. c. 8. initio.

XXXIV

Longum esset singulas Ecclesiæ Notas recensere; Nænias omnes Witakeri refellere, inconsultum: Symbola Ecclesiæ τεκμήρια, Symbolum Apostolorum exhibet: Cum Vnam, Sanctam, Catholicam, Apostolicam esse, veram Ecclesiam, tradit: Cuius Vnitas, id in primis exigit, ne hoc anno oriatur, aliò occidat; hodie istud, cras illud sentiat, *a Sed idem semper de iisdem rebus dicat, crescat in eodem dogmate, eodem sensu, eadem sententia, quemadmodum flos iuuentutis, in senectutis maturitatem perducitur.* Vt in omnibus mundi partibus eadem sentiat; Vt eius membra eâdem vbique linguâ loquantur, omnes se intelligant, vereque illud dicere possint fideles, *b Audiuimus vnusquisque linguam nostram*, *c* Vt cor vnum, anima vna, vnus sensus, vna vox sit omnium: Et huius insuper Vnitatis *d* conseruandæ, principia in se fixa, & causas perpetuas habeat: Nec filij Ecclesiæ, hæreticis similes, *e qui oues errantes sunt, super omnem faciem terræ: Non omnes hæretici per totam faciem terræ, sed alij hic, alij ibi, Ipsi se non norunt:* Sanctitas verò Ecclesiæ, non est in eo solùm posita, quòd multi in ea, & quòd in ea sola sint sancti, sed in eo vel maximè, Quòd doctrina illius sancta sit, nullum errorem, nullam hæresim vel nouam, vel damnatam olim tradit; Nulla principia ac fundamenta tradit, ex quibus, vel hæreses pullulare possint, vel ad scelera viam sternant; sed sanctitatem & vitæ innocentiam instillat: Non iubet *f Ancillam aduenire si nolit vxor*, Non docet, *g omnia absoluta necessitate euenire*, Non credit *h Deum authorem esse malorum omnium*: Non eleuat fidem Conciliorum, & veteris Ecclesiæ: Non alli-

Vide Thesim 47. & 54.
a Lyrin. c. 28.
b Act. 2. v. 8.
c Ioan. 17. v. 11. Act. 4. v. 32. 1. Cor. 1. v. 10. Galat. 3. v. 28. Ephes. 4. v. 3.
d Vide Thesim 54.
e Aug de Pastoribus c. 8.
Vide Thes. 47.
f Luth. Tomo 5. lat. Witan. 54. per Lufft edit. folio 123. serm. de Matrimon.
g Luth. in Assert. art. 36. edit. Wittemb. anni 21. & alibi sæpè. h Calu. lib. 1. cap. 18. num. 3.

alligat scripturæ intelligentiam, priuatis enthusiasmis, Quæ qui faciunt, fidem omnem, probitatem omnem, radicitùs extirpant.

Sed vt in pauca res quàm plurimas contrahamus, cæteris prætermissis, Tria duntaxat Ecclesiæ signa adferemus.

PRIMVM veræ Ecclesiæ signum dico, Quòd hæc abscondi & occultari nequeat, sed clara semper, & CONSPICVA *sicut Sol, & sicut Luna perfecta*, splendeat. Atque ideò, euidens falsæ Ecclesiæ indicium est, si suppressa, obruta, penitùs sepulta aliquando fuerit: sin autem & cætera, quæ mox referemus, in ea semper deprehensa, & clara semper emicuit, certissimum est veræ Ecclesiæ indicium. *a Quo SIGNO manifesto*, inquit Augustinus, *adhuc paruulus, & nondum valens liquidam discernere à tot erroribus veritatem, tenebit Ecclesiam Christi? Propheta Hieremias docet, Ecclesiam Christi illam esse, quæ omnibus eminet & apparet, & quæ ciuitas supra montem posita abscondi non potest.* Alibi rursus, *b Ecclesia ciuitas est* (polytica scilicet, & ordinata societas) *supra montem posita, quæ certum hoc SIGNVM habet, quod abscondi non potest: Nota est omnibus Gentibus.* Et iure id quidem, Cùm (vt iam ostendimus) Diuina promissione firmatum sit, nullas Dæmonum vires, nullas ministrorum eius machinationes, Ecclesiam depressuras; *c quam enim ignorare nulli licet, nec abscondi potest.* Certè primitiua Ecclesia sub cruce posita, & iugo Tyrannorum, Eo ipso tempore, quo triginta tres Romani Pontifices, continua successione, martyrium obierunt, non solùm sanctissimorum Episcoporum seriem successionemque edit; Sed, Et Martyres clarissimos, Et Synodos in quibus damnatæ hæreses, mores reformati, benè viuendi leges sancitæ, Et Scriptores celeberrimos, profert, qui vel contrà Gentiles Christianam religionem defenderunt, vt Iustinum Atenagoram, Aristidem, Clementem, Tatianum, Quadratum, Cyprianum, Tertullianum; vel hæresum rabiem repressêre, vt Theophili, Apollonij, Irenæi, Proculi, Methodij, Victorini; vel tractatibus & commentarijs Ecclesiam illustrarunt, vt Areopagitæ, Clementes, Hyppoliti, Dionysij Alexandrini, alijque plurimi.

a Aug. 13. cont. Faust. c. 13.

b Libr. 2. cont. Petil. c. 104. in fine.

c Aug. 2. cont. Petil. ca. 32. Et Epist. 170.

XXXV.

ALIVD Ecclesiæ internoscendæ Symbolum, ac veluti tessera

sera est, quam Symbolum Apostolicum refert, quòd scilicet Christi Ecclesia CATHOLICA sit, seu Vniuersalis? Catholica, inquam, non solùm, quòd alligata ad vnum populum non est, vt olim Synagoga; vel quòd omnem veritatem à Christo & Apostolis traditam sequatur: Verùm etiam, quòd ad omnes ætates, ad omnes Prouincias, quibus Euangelij buccina insonuit, extendat propagines. *a Licet enim*, ait Augustinus, *posset vox CATHOLICA, eum sensum habere, vt Vniuersalitatem notet veritatis, quam sola Catholica totam, & integram tenet, tamen ex ipsis Dei promissis, & manifestis Oraculis constat, Catholicam illam dici, quæ sit Ecclesia omnium Gentium*, & quod caput est OMNIVM TEMPORVM. *b Illi enim*, vt idem inquit, *est disciplina Catholica, quæ à Christo per Apostolos, ad nos vsq; emanauit, & abhinc ad posteros manatura est*, seu, *vt ipsa vis nominis declarat, c Catholicum est, quod vbique, quod semper, quod ab omnibus creditum est, d quod contra omnes hæreses pugnans, expugnari non potest, à quo hæreses exierunt, illa in radice manente.*

Sed ne erres; Duo hîc consideres velim; Primùm, Cùm sacræ litteræ Christi regnum, Non *e hic vel illic* in angulis, fore, sed Ecclesiæ fines, *f ad terræ terminos* propagandos: Cùm *g omnes Gentes seruituras Christo, h Omnes orbis nationes ad Ecclesiam venturas*, vt in ea *i ambulent Gentes in lumine Dei*, & *reges terræ videant gloriam* eius, *k vt reges sint nutricij illius*: Cùm *l in omnem terram sonus Ecclesiæ propagandus*, vt *m vbique fructificet Euangelium*, & *crescat*, non deficiat *semen vsque ad messem*: Cùm *n lapis exiguus orbem impleturus*: *o Cum omnes populi, tribus & linguæ p ab ortu Solis vsq; ad occasum Christo seruitura, & q periturum regnum, quod ei non seruiat*, denunciant: Hæc, inquam, non sic accipe, Quasi simul, vno statim momento, eodemque tempore, hæc fuerint impleta. Quasi nulla iam sit prouincia, ad quam prædicatio Euangelij non peruenerit: quasi singuli, nationum omnium, Christum sint agnituri: Sed, Quòd paulatim, & per partes ætatum ac temporum, *r Omnes Gentes, non omnes homines, omnium gentium*, ad quas Christi nomen peruenerit, Ecclesiæ sint aliquando inserendæ. Id quod toto *lib. de Vnit. Eccles.* lætissimè ostendit August. *cap. quidem 6.* ex promissionibus Veteris testamenti,

a Aug. Epi. 48.
b De Vtilitate cred. c. 8. in fin.
c Lyrin. c. 3.
d Aug. libr. 1. de Symbol. ad Catech. cap. 6.
Alexan. apud Theodor. lib. 1. cap. 4.
e Matth. 24. v. 23.
f Psal. 2. v. 8. Psalm. 71. v. 8.
g Psal. 71. v. 11. Psal. 21. v. 26. & 28.
h Isaia 2. v. 2. cap. 66. v. 20. Mich. 4. v. 1.
i Isaia 60. v. 3.
k Isa. 49. v. 23.
l Psal. 18. v. 5.
m Colos. 1. v. 6.
n Dan. 2. v. 35.
Similia Genes. 22. v. 18. ca. 26. v. 4. cap. 28. v. 14. Isa. 54. v. 1.
o Dan. 7. v. 14.
p Zach. 9. v. 10 Mich. 1. v. 11. Isaia 49. v. 6. 12. & 20.
q Isa. 60. v. 5. 11
r Aug. Epis. 80.

menti, *cap.7.* ex decem Isaiæ locis, *cap.8.* ex Psalmis, *cap.10.& 11.* ex Euangelijs, deinceps verò *cap.15.& 16.* explicat qua ratione in suis incunabulis velut *a Luna noua*, pusillus grex audierit Ecclesia, Quomodo, vt alibi idem August. annotauit, *b Fideles, sancti & boni, in comparatione plurimorum malorum, pauci sunt, & per se ipsi multi sunt. c Paucitas ergo commendatur in comparatione multitudinis malorum, multitudo autem bonorum, cum per se ipsa consideratur, non tacetur*, multis deinceps scripturæ testimonijs hanc fideliũ multitudinem comprobat Augustinus, & subdit demùm. *Ecce ipsi dicuntur multi, qui dicuntur & pauci: Quare nisi multi perseipsos considerati, pauci in comparatione iniquorum*, Pauci qui in charitate radicati fidem per dilectionem operantem habent.

a Vide Maldonat. Matth. 13.v.31.
b Aug.3.con. Crescon. c. 66. 2. contr. Petil. cap. 45.
c De Vnitat. Eccle. c.14.

Secundùm; Etsi cœtus alicuius Nouitas, certa sit nota falsitatis, cùm, vt antè probatum est, intercidere Ecclesia Christi non possit, vt renascens iterum noua efficiatur: Sola tamen diuturna Antiquitas, si cætera desint, non est infallibilis veræ Ecclesiæ nota: Nam & hæresis consuetudo diuturna esse potest, & tamen *d Veritati nemo præscribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non priuilegium regionum: Licet enim, sicut Christus, ita & veritas prior sit omnibus, Hæreses tamen* (antiquæ scilicet, & *e quæ in ætatem Apostolorum se audent inserere, vt idem* Tertullianus alibi loquitur) *non tam nouitas quam veritas reuincit*, quia scilicet, *f* & posterior est hæresis veritate,& per secessionem ab eo, quod priùs creditum est, originem habet.

d Tertull. de Veland. Virgin. ca.1.
e De Præscrip. c.32. n.183.
f Vide ex eodem Tertull. Thesi 20.

XXXVI.

Certissima igitur & indubitata veræ Ecclesiæ NOTA est, Collectionis dogmatum, quam multi profitentur, à temporibus Apostolicis, continuata conseruatio. Collectionis dixi: Nam vnius, alteriúsue dogmatis perpes duratio, non est sufficiens veræ Ecclesiæ argumentum. Dictam verò Collectionem, certissimam esse Ecclesiæ notam, Ex eo primùm liquet: Quòd cùm Ecclesiam suam Christus voluerit & superesse perpetuò, & cognoscibilem esse, vt antè demonstrauimus, si hoc non est, nullum supererit attributum, ex quo cognosci vera Ecclesia possit. Dein' quia rectè Gamalieli dictum, *a sine spiritu Dei* conseruari vnitas Fidei tanto seculorum tractu, in tanta locorum, personarum, controuersiarumq;

a Act.5.v.39.

rumque varietate, nulla ratione poteſt, vt experientia hæreſum omnis ætatis manifeſtè docet: Nulla enim vnquam fuit, quæ non in plures diſſecta ſectas, *a aliter atq; aliter per tempora de iiſdem rebus ſenſeru*, vt proinde rectè Magnus Athanaſius dixerit, *b Veræ disciplinæ argumentum eſſe, vbi eadem confitentur, nec à ſe inuicem, nec à Maioribus diſſentiunt, tametſi diuerſis vixerint temporibus.* Diuina igitur prouidentia, vt hoc veluti Charactere Eccleſia vera cognoſci poſſet, non eſt paſſa, hæreſim vllam, tantam habere in dogmatibus vnitatem, & perpetuitatem, vt facilè non fuerit diſcernere, veram Eccleſiam à Sathanæ Synagoga. Hinc factum, vt licet Theodoretus ad ſua vſque tempora, hæreſes omninò ſeptuaginta ſex, Auguſtinus octoginta octo, alij plures enumerent, tamen omnes illæ, *c vt quidam torrentes, diu ſtare non potuerint*, extinctæ omnes, *d ſola Eccleſia eodem modo ſe ſemper habens, permanſit, & ſui defenſores in medium produxit.* Ad hæc, oſtenſum eſt ſuperiùs, Eccleſiam nec erroribus in tranſuerſum abripi, nec deficere vnquam poſſe. Quidni igitur hac illius dote ad eam inueſtigandam vtamur? præſertim cùm illam cognoſcere ſit facillimum: Nam ſenſu in primis cognoſcimus collectionem aliquorum dogmatum, quam multi externa profeſſione ita retinent, vt omninò inter ſe conueniant in tota hac rerum Fidei multitudine. Lectione verò monumentorum, hiſtoriarum, tractatuum, perinde ac alia quæ ad hiſtoriam pertinent, deprehendimus, An profeſſio talis fidei, ſemper fuerit conſeruata, Vel potiùs multo tempore interrupta, ſepulta, incognita, longè poſt tempora Apoſtolorum per ſeceſſionem à præcedenti fide, cæperit. In hac enim geſtæ rei ſerie finxiſſe tot ac tales viros, quorum monumenta terimus; Et tam conſequenter, & tam vniformiter, In tanta locorum, ac temporum diuerſitate finxiſſe, credendum non eſt. *e Ecquid enim veriſimile eſt, vt tot ac tanti in vnam Fidem errauerint? Variaſſe debuit error doctrinæ, Cæterùm quod apud omnes vnum inuentum eſt, non eſt erratum, ſed traditum.* Denique Patres omnes contra ſui temporis hæreſes hoc indicio, & ſuæ Eccleſiæ Veritatem, & hæreticæ nouitatis impietatem oſtenderunt, *f* Quòd nuperam, & recens natam doctrinam afferret; *g* Quòd *de ſe naſci voluerit, nobis in radice cum toto orbe manentibus*; Quòd Eccleſiam anguſtis fini-

a Iren. libro 3. cap. 40.
b Athanaſ. in Decret. Nicænæ Synod. folio 403. Edit. Comelin.
c Aug. in Pſal. 57. poſt medium, In illud: Tanquam aqua decurrēs.
d Euſeb. lib. 4. cap. 7.
e Tertull. de Præſcrip. c. 28.
f Vide Aſſert. 20.
g Optat. lib. 1.

a Isaia 54. v. 3 Vide Thes. 35. finibus circumscriptam prædicarint, cui Deus ipse iubet, *a vt faciat longos funiculos, & pelles tabernaculorum extendat, ne parcat, ad dextram & ad leuam penetratura.*

XXXVII.

Hæc est illa Ecclesiæ Nota, quæ plures alias in se complectitur: Antiquitatem scilicet, Nouitati repugnantem: Perennem & nunquam interruptam durationem: Vnitatem quam Symbolum præfert: Neque enim Ecclesia, quæ simul tota secundum omnes partes existere nequit, aliam habere vnitatem potest, quàm quòd sine interruptione, sibi semper similis, stabili vnitate ad posteros propagata, peruenerit, Successionem denique, Doctrinæ pariter, & personarum legitimè vocatarum, à qua successione ab Apostolis inchoata, Apostolica nominatur Ecclesia: Etsi enim vbi Antiquitas, & legitima Pastorum successio non reperitur: Vbi Doctores *a nemini succedunt, sed à seipsis incipiunt, ipsi de se nascuntur, b Filij sine Patre, tyrones sine Principe, discipuli sine Magistro, sequentes sine antecedente, inquilini sine domo, hospites sine hospitio, pastores sine grege, c Episcopi sine populo, sine vlla ordinationis lege, nemine episcopatum dante Episcopi:* Ibi vera Ecclesia esse non possit; Sola tamen Antiquitas, Sola personarum successio, veræ Ecclesiæ indicium non est: Nam & Antiochena Ecclesia, cùm à Samosateno corrupta esset, & Alexandrina cùm à Dioscoro, & Constantinopolitana cùm à Sergio Nestorio Macedonio, &c. successione personarum gloriari poterat: Quia tamen, *d In radice cum toto orbe non manserunt; e Sed à nobis recedentes, vnitatis caput, atq; originem, reliquerunt*, scisсuram & secessionem à reliquo Ecclesiæ corpore in sua vnitate manente fecerunt; *f Quia se a totius orbis Vnitate, nefario sacrilegio diuiserunt.* Veræ Ecclesiæ non erant; quantumuis scripturas obtruderent, & falsa interpretatione suo instituto adaptarent: Et sanè tam multa, tam patentia sunt scripturæ testimonia, quibus antè ostendimus, perpetuam Fidei ac doctrinæ successionem in Ecclesia permansuram, vt id nunc probare sit superfluum. Doctrinæ verò successioni legitimam quoque Pastorum successionem necessariò coniungi, validè confirmat ipse *g* Witakerus: Nam & certa Christi promissio, *h Pastores & Doctores in ædificationem corporis sui, ad finem vsq; futuros in Ec-*

a Cypri. Epist. 76. n. 12. & 16.
b Optat. libr. 1. & initio lib. 2.
c Cypria. de Vnit. Eccl. n. 34.
d Optat. lib. 1.
e Cypria. de Vnit. Eccl. n. 40.
f Aug. Epist. 171. initio.
g folio 443.
h Ephe. 4. v. 12.

in Ecclesia docet: Et bonum semen, quod in Ecclesiæ agro vsque ad messem adolescit & crescit, sine Pastoribus legitimè vocatis crescere nequit: Quomodo enim crescat, ni dominicus ager colatur? & quis colet, si desint operarij? Hi verò *quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* Si igitur pura Verbi prædicatione essentia Ecclesiæ continetur: Hæc autem non nisi per legitimè missos Pastores peragi potest, liquidum est, vbi doctrinæ successio reperitur, illic & Doctorum successionem inueniri: Ita vt, licet in ijsdem locis, non semper hæc successio maneat, sed nonnunquam interrumpatur, tamen, certis in locis perseueret semper. Hinc veteris Ecclesiæ Doctores *a* crebrò illud hæreticis obiectant, quòd de se nati, successionem Pastorum edere non possunt, vt potest Romana Ecclesia, in qua, *b Tenet me, inquit Augustinus, ab ipso Petro vsq; ad hodiernum Episcopum successio sacerdotum.* Et Irenæus, *c Jis obediendum esse,* ait, *qui successionem habent ab Apostolis, d Hi enim Fidem nostram custodiunt, & scripturas sine periculo exponunt.* Vbi illud quoque notatu dignum: *e* Patres non suæ quisque Ecclesiæ, sed Romanorum Episcoporum, successionem recensere contra hæreticos: Satis enim erat Ecclesiæ principalis, cuius ipsi membra erant, successionem ostendisse, nec opus erat ire per singulas.

a Aug. Præfat. cont. Part. Donat. in fine. Epist. 165. 11. con. Faust. ca. 2. & refertur d. 11. C. Palam. Irenæ. lib. 3. cap. 3. Tertull. Præsc. cap. 32. nu. 183. Optatus lib. 2. Epiphan. Hæres. 27.
b Aug. contr. Epist. Fund. cap. 4.
c Jren. li. 4. c. 4
d Jdem ca. 45.
e Optat. Aug. Jren. Epiphan.

XXXVIII.


Multa Thesium breuitas abscindere cogit. TERTIVM solùm addo veræ Ecclesiæ signum. Quòd illa sola, veris, testatis, certissimis, nec nisi Diuina vi peractis miraculis, suam, suorumq; dogmatum veritatem, confirmauit. Vt enim ex Augustino antè diximus, *f Ecclesia Christi miraculis conciliare debuit authoritatem, vt authoritate obtineret fidem;* Nec vllum certiùs est Diuinitatis argumentum, quàm à miraculis, quæ & Filius Dei, hominem indutus, & Veteres illi, Moyses, Elias & cæteri, nec non Apostoli, *g vt mundus Christianæ prædicationi fidem adhiberet, necessariò miracula exhibuerunt:* Vsque adeò, vt vel ipsi Christo Domino, absque peccato fides denegari potuerit, *h* si miraculis suam ipse non astruxisset maiestatem. Sed vera ac certa sint miracula, quæ fidem concilient, necesse est; Non vana, non ficta, non admiranda nobis, re tamen ipsa minimè miracula, qualia Dæmonis

f Assert. 18. similia 10. Ciuit. cap. 8. Cont. Epist. Fund. c. 4. Tert. Apolog. c. 22. 23.
g Aug. 22. Ciuit. ca. 8. initio. Exod. 4. v. 1. 5. Mat. 10. v. 7. 8. Mar. 16. v. 20. Acto. 2. v. 12. ca. 3. v. 6. Heb. 2. v. 4. 1. Cor. 2. v. 4. Rom. 15. v. 19.
h Joa. 15. v. 24

PARS SEXTA

NVLLAM NISI ROMANAM, ESSE VERAM CHRISTI Ecclesiam.

XL.



Ed iam à thesi, ad hypothesin transeamus: Et illud primum ostendamus, Istam quam hodie videmus colluuiem sectarum, veram Christi Ecclesiam non esse: Quod hoc argumento concludimus. Cætus ille, qui nuper admodum, ante annos octoginta, secessione facta ab vniuerso orbe Christiano, collectus, dogmatum collectionem, nusquam post tempora Apostolorum creditam, docet: Cuius nulli ante Lutherum Doctores, ac Pastores legitimè succedentes: Nulla templa, Nulli conuentus: Qui nullo se cognoscendum indicio, totis mille quingentis annis prębuit: Nullis miraculis roboratus, Nulla credentium iam olim Christianorum multitudine confirmatus: Qui cum cæteris superiorum temporum cætibus doctrinæ consensione, vinculo societatis, coniunctus non est: Qui nouam doctrinam, dissentaneam antegressæ Ecclesiæ docere cæpit: Cum quo, nulla, nec vniuersalis nec particularis Ecclesia, in præcipuis Religionis capitibus consensit: Hic inquam cætus, vt vera sit Christi Ecclesia, fieri nulla ratione potest.

Atqui tales sunt omnes, qui post Lutherum natum, collecti sunt, Lutheristarum, Caluinistarum, Seruetistarum, Blandratistarum (nouis enim rebus, noua sunt nomina fabricanda) cætus: Vera igitur Christi Ecclesia non sunt.

Propositio latè est superiùs demonstrata: Nec negari ab vllo potest, Nisi ab eo, qui omnes Lutherum antegressos S. Martyres, omnes superiorum ætatum sanctos, Vetera illa, veteris Ecclesiæ lumina, vna complexione, & cumulo vno, extra veram Chri-

sti Ecclesiam proijciat, ideoque æternum perijsse denunciet. Nisi ab eo, qui damnet superiores omnes Ecclesias, qui tabernaculum Dei collocatum in Sole, & in Solis luce clarissima, tenebris mergat. Nisi ab eo, qui viam, sanctorum vestigijs signatam, neget ad ciuitatem Dei, rectâ deducere. Nisi ab eo, qui Christum tanto seculorum tractu viduum, & orbatum sponsa pronunciet, qui prostitutam Ecclesiam, Christi sponsam, Virginem castam, & scelesto cum Antichristo comercio violatam impudentissimè criminetur, eamque stupri, & non seruatæ sponso fidei accusans, per latus illius, Christi promissa confodiat. Vt enim rectè Caluinus notat, *a Qui diuturnum fingit Ecclesiæ è terris exilium, Deum palam mendacij arguit.*

a Caluin. con. Seruet. Vide Calui. Turcis. libr. 3. cap. 15. fol. 579.

XLI.

Assumptio Syllogismi notior est, quàm vt longa probatione egeat: Principio enim (vt Dauidis exemplo ab hoste gladium mutuemus, ad incidendum iugulum Lutheranismi) Ecclesiam è Lutheri cerebro nuper natam, ex nulla alia priore Ecclesia ductam esse, vltrò fatentur aduersarij: *b SOLVS primò eram*, clamat Lutherus, Si solus eras, Vbi grex? Vbi pastor? Vbi ouile? *Et certè ad tantas res tractandas ineptissimus, Indoctissimusq́, casu enim, non voluntate, nec studio in has turbas incidi, Deum testor.* Credimus vel iniurato, commune enim illud est hæresiarchis, vt *c A non voluntaria incipiant inscitia, & in voluntariam desinant insaniam*: Sed perge porrò: *Suspensi expectabant homines euentum rei, quam NVLLVS ANTE ME ausus erat attingere.* Tu igitur primus? *Et fouebat me vtcunq́ aura ista popularis*, Itane? aura popularis? Rectè nimirum notatum Caluino, *d Verè Augustinum dicere, superbiam matrem esse omnium hæresum: Nullus enim vnquam extitit erroris magister, quem non praua ambitio, in sui præcipitium extulerit: Quotquot nostra ætate lapsi sunt, reperimus omnes, superbiæ morbo esse corruptos, Quicquid enim ab ipso Apostolorum seculo traditum est à Patribus, & continua ætatum serie, ab omnibus pijs receptum fuit, repudiant*: & cum Luthero, *e Errorem totius orbis exemplo firmatum, & longa consuetudine, velut in naturam, mutatum* vocant. Alibi acriter incurrit in Sacramentarios Lutherus, quòd ij, debellato primùm à se Papatu, caput efferant,

b Præfat. Tomo 1. lati. scripta anno 1545.

c Euseb. 5. hist. cap. 17.

d Lib. de Scandal. fol 859. in Tomo opusculor. collecto à Gallasio anno 52.

e Eadem Præfat. Tomo 1.

nem, ac legitimam Successionem: Negat Miracula ipsa, sufficientia signa esse veræ Ecclesiæ. Sed quo tandem argumento, contra tam multa, tam certa Scripturæ, Patrum, rationum firmamenta? *a Ecclesiæ Nota*, inquit, *simul capere cum Ecclesia: At b Antiquitas non capit cum Ecclesia, quæ aliquando noua fuit.* Addit, *Errores quosdam antiquos esse: Potuisse se isto Antiquitatis clypeo defendere Gentilium superstitionem: c Posse hodieq; Iudæos, Paganos, Eutichianos, Arianos, qui in Africa durant, defendere. d Licet ergo*, inquit, *Duratio comitetur Ecclesiam, quia tamen non illam solam comitatur, Nota illius non est: e Semper enim & Zizania cum tritico erunt: Et licet, designando singulas hæreses, nulla illarum diu duret, semper tamen futura est vna, vel altera, Synagoga Sathanæ. f Argumento ab amplitudine ductio & Mahomet, & Sathanas, pro sua Ecclesia vti possunt. g Successio verò Pastorum, Nota esse non potest: Nam & Ecclesia ante hanc successionem Apostolicis temporibus fuit, & Synagoga tempore Christi, & hodie Alexandrina ac Antiochena, &c. Ecclesia, cum hac successione vera Ecclesia non sunt, iudicio Papistarum. h Miracula verò, non sunt efficax argumentum veritatis doctrinæ, cùm & Pseudoprophetæ miracula adhibere possint, ad falsa dogmata comprobanda.*

a Vithak. folio 371.
b folio 397.
c folio 414.
d folio 418.
e folio 410.
f folio 423. 427. 308.
g fol. 453.
h fol. 550. 560.

Sed fallit fallitúrque in his Witakerus: Nam, vt antè *i* monuimus: Necesse non est, vt eædem sint semper Ecclesiæ Notæ, actu & reipsa illi conuenientes, Vel ipso aduersario consentiente: Pura enim Verbi Dei scripti prædicatio, quam hodie pro Nota Ecclesiæ assignant Nouatores, initio nascentis Ecclesiæ, antequam Apostoli quidquam scriberent, non conueniebat Ecclesiæ: Voce enim non scriptis instituebatur primùm Ecclesia. Deinde id quoque ostendimus: *k* Solam Antiquitatem, Successionemque, non esse claram, testatamque Notam Ecclesiæ, nisi doctrinæ pariter Antiquitas & continuatio adiungatur: hæc si adiungatur, Witaker ipse, *l* multis locis, palàm fatetur, Successionem Pastorum, cum Fidei successione: Antiquitatem cui mutatio Fidei à temporibus Apostolicis adiuncta non sit, Verum esse ac certum Ecclesiæ Symbolum, quod nos contendimus. Quanquam, vt antè *m* ostendimus, nec abnuit Witaker, *n* Ea fuerit semper Diuinæ prouidentiæ ratio, vt *o Nullam vnquam hæresim, constanter*

i Thesi 33.
k Thesi 35. 37.
l fol. 416. 433.
m Thesi 36.
n Vithak. fol. 410: Verbis paulò ante relatis.
o Luth. Epist. de Anabaptis. ad duos Parochos.

ferant, a *Qui Seriphijs ranis magis muti erant*, ait, *cùm SOLVS in acie starem, SOLVS Cæsaris & Pontificum telis me obijcerem: Quis me sustentabat initio, cum SOLVS essem? Sine arrogantia dico, Per me sacram scripturam, ita repurgatam, & illustratam esse, vt intra annos mille, nunquam fuerit clarior, vel notior.* Cùm verò illud Luthero scripsisset Erasmus: b *Mouet me tam numerosa series eruditissimorum virorum, tot sæculorum consensu approbatorum. Inter quos fuère peritissimi sacrarum litterarum, sanctissimi Martyres, multi miraculis clari. Addo tot Academias, Concilia, Episcopos, Pontifices: Summa: Ex hac parte stat eruditio, ingenium, multitudo, magnitudo, altitudo, fortitudo, sanctimonia, miracula, & quid non? Reliquus est Lutherus, Vnus, priuatus, nuper natus, cum suis amicis, in quibus, nec tanta eruditio, nec tantum ingenium, nec sanctimonia, nec miracula, vt qui, ne claudum quidem equum sanare queant.* Hæc inquam & similia cùm obiecisset Erasmus, Nihil diffitetur Luther, quin addit, *Se quoque, vltra decennium, istis sic motum, vt nullus alius magis: Visumq́; sibi ipsi incredibile, hanc Troiam, tanto tempore, tot bellis inuictam, posse capi.* Anglicana quoque Ecclesia, fatetur ingenuè, c *Lutherum & Zwinglium, ad illustrandum orbem à Deo datos, accessisse PRIMVM ad Euangelium, cùm res adhuc NOVA esset, & euentus incertus:* Plurima similia, passim obuia in scriptis Nouatorum.

a Tomo 2. lat. Witt. an. 46. Respons. ad maledicum scriptum Regis Angli. fo. 537 538.

b Eodem Tomo 2. libro de Seruo. arbit. fol. 469.

c Apolog. Angli. Eccle. folio 76. edit. Neapolit. an. 86.

Deinde, cum d Ecclesiam iam olim totam corruisse, cùm ab annis mille, omnia collapsa fuisse, Ecclesiam fœdissimis adulterijs inquinatam fuisse: Cùm Patres omnes errasse, docent, eò quòd suis dogmatibus contraria docuerint. An non fatentur manifeste: Nouos se esse discipulos sine magistris, ex se natos, nemini succedentes, sine patre, sine matre, sine genealogia?

d Supra Assert. 19.

Vide Assert. 46. & 21.

XLII.

Adhæc si nupera non est illorum Religio, si non inchoata de nouo: Si cum omnium temporum Catholicis Christi Ecclesijs communicant, Si ex illis progressi & proseminati sunt, Si non interrupta serie, doctrina, & (quod consequens est) Doctores istius Ecclesiæ perdurarunt: Ostendant perennem Ecclesiæ suæ perpetuitatem: Ostendant suam cum vnico cætu particulari, ætate Lutheri superiore, consensionem: Dicant qui singulis ætatibus, ea

quæ

quæ ipſi docent, docuerint? Quam Prouinciam, quorum hominum, quarum gentium, quorum temporum, nominabunt? Quo iſti loco, vel Epiſcopos ac Parochos delegerunt, quibus docendi munus demandarunt? Vel ad orandum, Pſallendum, Sacramenta miniſtranda conuenerunt? Quos tinxerunt, quibus Euangelium annunciarunt, quæ pro Eccleſia certamina obierunt, quas hæreſes repreſſerunt, quæ martyria ſubierunt? Si enim toto orbe, nec cætum habuerunt, nec Religionis defuncti ſunt officijs, nec profeſſi Chriſtum, Non modò, vera Eccleſia, ſed ne Eccleſia quidem fuêre. Quamuis enim fieri poſſit, vt vno in loco, pauci fideles, inter plurimos lateant infideles, Vt externo Eccleſiæ ſplendori, ac dignitati, impedimento ſint Tyranni: Adulterare tamen Eccleſiam, & ex hominum conſpectu ſubducere, profeſſione Religionis ſpoliare, non poſſunt: Et vt tota Chriſti Eccleſia, non dico 1500. annis, ſed vel vno momento, fuerit ſine Doctoribus, ſine Religionis exercitio, ad arbitrium cætus Sathanæ ſubiecta, fieri omninò non poteſt, niſi & Chriſtus, & Apoſtoli mentiantur.

Sed, vt agam liberaliter, non peto, vt annis ſingulis, non vt ſingulis ætatibus, aliquos nominent aduerſarij, qui ante ipſos, eadem quæ ipſi, docuerint: Sed in omni iſto ſæculorum, poſt Apoſtolos decurrentium tractu, nominent Eccleſiam particularem vnam, Patrem vnum, hominem vnum, qui Lutheriſta, vel Caluiniſta fuerit, non nomine, ſed eiuſdem fidei profeſſione: Ego enim, per omnes ætates, per omnes patrum libros, oſtendere paratus ſum, Ab annis mille ſexcentis, nullam fuiſſe Eccleſiam, Luthericæ ſimilem, nullum hominem Luthero Caluinóue conſentientem, Nullam ne quidem hæreſim ſingularem, quæ per omnia iſtis conſentiat: Quanquam, ſi Lutheri & Caluini ſententiæ, in ſua capita reſoluantur, vix vllam ſit reperire, quæ ante noſtra tempora, non fuerit expreſsè, à Catholica Eccleſia, cum authoribus ſuis damnata: Ita nimirum, quod multi illi ſeparatim ſparſerunt, Lutherus in vnam conflauit maſſam. a *Hoc argumento* (ait Illyricus) *haud rarò Sathan tanquam ignito, venenatoq́; telo, conſcientiam noſtram torquet: Perfacilè enim eſt, negare Eccleſiæ noſtræ Nouitatem, & illorum Antiquitatem, ſed veriſimiliter hoc retundere, eſt ſanè perdifficile*: Imò impoſſibile, mi homo: Verè enim, vel omnes

a Illyr. Præfat. Catalogi Teſtium veritat.

qui

qui ante vos vixêre ab æuo Apoſtolico, damnabitis, ſi noſtri ſunt: Vel aliquem oſtendere debetis qui veſter ſit, nobiſcum pugnet.

XLIII.

Multos iam pridem recenſuit, aiunt, noſtræ fidei anteſignanos, Catalogus Teſtium veritatis. Sed ô boni, aures arrigite: Nullum, omninò nullũ, vaniſſimus ille Catalogus habet (vnico Lucifero cacodęmone excepto, *a* cuius Epiſtolas aliquot ad cõfirmandam Lutheranam veritatem adfert Illyricus) qui Lutheri, Caluini, cæterorumq; peſtium Veritatis dogmata approbarit. Si enim S. Bernardus, ſi S. Catharina Senenſis, S. Brigitta, S. Vincentius Dominicanus, quos omnes Catalogus ille ſanctos vocat. Si Thomas Aquinas, ſi Gregorius Ariminenſis, Okam, S. Bonifacius Germaniæ Apoſtolus, Gregorius magnus, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, Chryſoſtomus, Lutherani fuêre: Audeo dicere, Catholicum nullum eſſe, qui Lutheranus non ſit: Eadem enim quæ iſti, credimus omnes, & docemus: Sed reuerà nullus, (Luciferum eximo) toto illo libro eſt, qui Luthero aſſenſerit: Quidam illorum, in doctrina, ac ritu, ſine vlla diſſenſione, Romanam Eccleſiam, Romanum Papam ſequebantur: Externum tantum iſtius dominatum, moreſque ſolutos, in crimine probroque ponebant: Vt hodieque, multi Lutherani, in ſuis Prædicantibus, maiorem ſobrietatem, caſtimoniam, &c. requirunt. Alij doctrinam criminantur: Non tamen iſta capita, Non omnia, quæ damnat Lutherus: In vno alióue articulo carpunt, in cæteris colunt, venerantur. Talis eſt Græca Eccleſia, vt ex Hieremiæ Patriarchæ reſponſo, ad Auguſtanam Confeſſionem, conſtat: Tales hæretici aliquot, qui vobiſcum paucis in rebus, In quàm plurimis, participant nobiſcum: Cur igitur hi, propter duas, treſúe conſenſiones veſtri erunt, licet in ſexcentis alijs nobiſcum ſentiant? An quia contradixêre Papæ? Omnes igitur qui Papæ contradicunt, pro eiuſdem ſtabuli ſocijs habent Lutherani? Et Arrianos, & Saracenos, & cæteros? Certè ſi omnes Papæ contradictores, Lutheranis annumerentur, omnium ſectarum, & errorum lerna erit Lutheraniſmus. Et vt fateamur hos omnes veſtros eſſe, Lutheriſtæne, An Caluiniſtæ, An vtrique, An neutri erant? Siquidem ea omnia quæ his teſtibus tribuit Flaccus, communia ſunt vtriſq; cum Arianis, Anabaptiſtis.

a fol. 947. Edit. Baſil. anni 56. Catalogi Teſtium.

Quoscunque igitur protulerunt hactenus, fidei suæ Antecessores Lutherani, Nullus illorum docuit OMNIA, quæ ipsi docent: Nullus fuit, qui non in pluribus ab ipsis discrepet, quàm conueniat; Plerique, etiam portenta opinionum docuêre, quæ ab ipsis Lutheristis pro hæresibus habentur. Wiclephum pro patre agnoscunt? Sed quot ille hæreses manifestas docuit? *a* Vt, *Quòd mali prelati vita, subtrahat à subditis, acceptionem Sacramentorum: Quòd peccato mortali amittatur rerum dominium: Quòd nefas sit ciuili magistratui damnare quenquam: Quòd creatura qualibet, Deus sit,* (id quod Libertinis quoq; placere, *b* Caluinum testem habeo) & sexcenta huiusmodi, quæ omnia, Ioannes quoq; Hus, articulo XXV. approbauit: Idem de Waldensibus, quos *c* Witaker nominat, ostendi potest, Nam & ipsi, præter iam dicta, quæ cum Wiclepho communia habet; *d Nullum Iuramentum esse licitum: Omnem carnalem commistionem, tam inter viros, quàm fæminas, licitam esse:* Et similia errorum portenta, docuêre: Idem de reliquis veteribus ac nouis hæresiarchis ostendi potest, & latè ostendit eruditus *e* Iodocus Coccius, qui capita doctrinæ, omninò LXIIII. enumerat *f* in quibus à Lutheristis dissidet Ioannes Hus, veterem in ijs Ecclesiæ Romanæ doctrinam secutus: Pistorius verò, in Parallelis Hus & Lutheri, ad illum numerum, decem adijcit articulos.

a Concil. Constant. Sess.15.
b Calu. cap.11. in Instru. cont. Liberti.
c folio 392.
d Vide Prateol. lib.14. cap.13.
e Coccius Tomo 1. Thesauri Catholici lib.8. art.3. folio 1010.
f Ibid. art.4. folio 1017.

Vt igitur in pauca contraham: Proferant Nouatores vel vnum aliquem, suæ Religionis alumnum, Luthero antiquiorem: Sed talem, qui proprio ipsorum iudicio, hæreticus non sit: Qui non Pestis, sed Testis sit veritatis: Et vbi tales nominarint, meminisse debent: Hos ipsos, diuerso, & plurimùm interrupto tempore floruisse, Ideoque successionem personarum, & (quod inde sequitur) doctrinæ, hiulcam ostendere: Serò hos venisse, postquam sententiæ, ab his accusatæ, diu floruissent in Ecclesia.

Nec mihi cum *g* Hunnio, Infantes Papistarum, fascijs alligatos, sed Doctores ac Pastores, quos in ædificationem corporis sui, vsque ad finem seculi, reliquit Christus, nominate: Nam illos ego Lutheristas fuisse, nisi edicat Hunnius, A quo: Vbi, Quando id acceperit, non credam.

g Hun. 1. parte de Eccl. fol.80.

At

XLIV.

a At fuere aliqui, sed Occulti, & latentes: *b Pastores enim nostri*, ait Witakerus, *Olim conspicui non fuère, nec illos nominare possumus.* Hæc verò ingenui hominis est confessio. Fateris igitur, Omnes quorum memoriæ, quorum scripta extant, quorum Martyria, prælia, victorias, contra Tyrannos, contra hæreses, legimus, alienos à vobis esse, nostros esse? Sed amâbo te Witaker. Quis Spiritus tibi, nouo vati, in aurem insusurrauit, fuisse ante annos 1000. Doctores quosdam, cuiusdam occultæ Ecclesiæ, qui eorum etiam qui tunc viuebant, (nedum tuam) notitiam effugerent? Tibi enim, in re tanta, ac tali, credere Religio est mihi, nisi certis autoribus & argumentis dicta confirmes, nisi librorum memoriam, monumenta historiarum proferas. Deinde communis hic est clypeus, sub quo hæreses omnes, æquè ac tua, latere possunt, commune phantasmatis vallum tuis etiam aduersarijs Arrianis, Libertinis, &c. Omnib⁹ enim æquè procliue est dicere, se Pastores habuisse semper, sed occultos. Adhæc, cui bono tales Ecclesiæ Doctores, qui agnosci nequeant? Sanè Doctores in Ecclesia eo fine relicti, *c vt ædificent corpus Christi, per opus ministerij.* Vt errantes, docendo reuocent ad veritatem, Vt rationem poscenti reddant fidei suæ: Vt resistant lupis: Vt fideles confirment, Vt regant Ecclesiam, Vt sint lux mundi, ciuitas in monte posita, quæ abscondi non possit, Vt portas Ecclesiæ, velut tutissimum portum, *d* nocte ac die apertas seruent, ad eam se adiungere volentibus. Præterea, Quomodo Ecclesia erit, cuius politia, pastores, capita, sedes, loca, ostendi nequeunt? Quam nec audire, nec adire, nec consulere possumus? In qua nulli dispensatores mysteriorum Dei, Nulli qui Verbum ac Sacramenta administrent? An non apertè monstratum suprà, Christi Ecclesiam Aspectabilem esse debere? An non aduersarij ipsi fatentur, puram verbi prædicationem, legitimum vsum Sacramentorum in Ecclesia Christi semper esse debere? Et an fortè, per Inuisos ista perfici possunt Doctores? Deinde ea semper fuit Doctorum veræ Ecclesiæ constantia, vel primis illis 300. annis, sæuiente Tyrannide, vt eos qui corpus occiderent, nihil pertimescentes, palàm arguerent errores, ac refutarent, dissimulare Religionem nollent, testari foris fidem,

a Vithakerus folio 413.
b folio 443.
c Ephes. 4. v. 12
d Isa. 60. v. 11.

quam intus conceperant non erubescerent, & vbi res posceret, sanguine etiam obsignarent: An non apertè degeneres fuêre, qui totis mille annis, nullo se indicio, nullo verbulo prodiderunt, nulla certamina, nullas cruces pro Christo subierunt? Quin potius, passim cum Papistis (iudicio Nouatorum, Idololatris) communicarent, ab ijs Sacramenta sumerent: Iisdem ritibus, sacris, cæremonijs, quibus illi, vsi sunt: Fidem internam, hypocritæ, dissimularunt: Palàm proditores ac perfidi, quia *a ore ad salutem non fecère confessionem*, Quia animas pro ouibus errantibus ponere noluerunt, Erroris illos ne verbulo quidem accusarunt: Et præsertim cum nullo mortis metu premerentur, scirentque probè, Romanos Pontifices, vix vllum quantumuis à se damnatum hæresiarcham, pœna capitis plectere solitum, Non Nestorium, non Iouinianum, non Pelagium, non cæterorum aliquem totis mille annis. Et credet aliquis, imbellem Papam, *b* domi ab incursantibus Barbaris, ac Tyrannis extremè vexatum, ope aliena, exterorum principum auxilijs indigentem, nedum vim alijs inferentem, ita viris sanctis per Asiam, Africam, Græciam, occlusisse ora, vt Nullus horum hiscere, Nullus errores Romanos notare, auderet? Idque cum (vt Lutherani palàm scribunt) neq; regebat Papa Concilia, nec protulerat potentiam suam in Ecclesias ab vrbe, eiusque suburbio disiunctas? Et quomodo sub cruce erant, si non noscebantur? Quomodo pressi, qui ignoti? Quomodo Christi Ecclesia, quæ supplicijs crescit, & inclarescit, quæ gaudet pro veritate contumeliam pati? quæ vt Adamas nulli malleo cedit, Vt palma, pondere eleuatur, Vt Rubus, propter loquentem in ea Deum, igne non læditur? Vel igitur profer Witakere tuæ Ecclesiæ antiquioris, scriptores Ecclesiasticos, contra gentiles, contra hæreses: Scripturæ interpretes, aliosque tractatores: Profer vnam Synodum vestram, totis mille quingentis annis celebratam: Dic quibus, & vbi, tui isti Doctores Euangelium prædicarint, vbi conuenerint, quos tinxerint, instruxerint, correxerint, damnarint, Quæ templa, quas scriptas, quæ spelæa latitantes incoluerint: Vel si id non potes, fateare, Vestram Ecclesiam, vestros Doctores, aut nunquam fuisse, aut contra illam portas inferorum præualuisse: Quid enim est præualere, si hoc non est? Fateare Eccle-

a Rom.10.v.10 Matt.10.v.32.

b Tempore Gregorij Magni a Longobardis, Post à Gothis, &c.

Ecclesias Martyrum, Patrum, quæ apparuerunt, quæ illustria de se signa ediderunt, quæ publice Christum ore, & sanguine confessæ sunt, non fuisse veras Ecclesias. Et certè mirabor, si cuipiam persuadeas, In tanta scriptorum luce, in tanta sanctissimorum patrum vigilantia, qui hæreses omnes, persecutiones Ecclesiæ, ritus, sacra, coitiones, tam sollicitè literis consignarunt, nullam vsquam esse huiusmodi Doctorum memoriam, si fuerunt. Sed fac fuisse incognitos, vobis tamen notos Doctores: Vnde tamen illos Caluinistas fuisse didicit Witaker, non Lutheristas, non Flaccianos? Et (vt verbis Augustini, vos alloquar) cùm tam obscuros solùm nominatis, *a An non timetis ne vobis dicant Iudæi, Vbi est, quòd Paulus vester, de Ecclesia intelligit, multi filij deserta, magis, quam eius, quæ habet virum, si Christi Ecclesia est paucitas vestra?* *a Aug. Epist. 48.*

XLV.

Similis est Witaker, Tigellino Horatij, qui interdum celerrimè ingrediebatur, interdum eo vsque tardè, vt gestare Iunonis sacra videretur: Nunc Reges & Tetrarchas, omnia summa loquebatur, Aliàs concha salis puri, & mensa tripes sat illi erant: Nunc centenos, post binos asseclas habebat: Sic iste, nunc nullos, post paucos, dein Omnes veteres, suos esse clamat. Apostolos igitur inprimis nominat: At ô bone, vt illos tu tibi, sic Lutheristæ, sic Seruetistæ, sic cæteri, sibi vendicant. Eorum scriptis suas hæreses confirmant, sed ita vt ipsi, & legis interpretes, & controuersiarum Iudices esse velint: Nos quoque verissimè nobis Apostolos adiungimus, Nihil scripturæ dignitati derogamus. Palàm profitemur, Nihil esse verum, quod ab Apostolicis scriptis, dissideat: Cùm igitur communis sit ista, & tibi, & aduersarijs responsio, non in ea nunc diutiùs immorandum: Non refugimus, suo tempore palàm ostendere: Nihil esse, quod Luthero in scripturis patrocinetur: Nihil à Romana Ecclesia credi ac doceri, quod vlla ex parte, à scripturis Apostolis discrepet, licet multa eius dogmata, repugnent peruersæ scripturarum interpretationi, in capitibus Nouatorum natæ: Qui pro influente in caput phantasia, scripturam vellicant, & quidquid regulæ Iudicij sui, quod in scripturam important, minus congruit, id à Verbo Dei, (quod isti vt regulam plumbeam & Lesbiam, ad omnem figuram inflectere volunt) dis- *Horatius lib. 1. Sat. 3.*

fidere clamant; Verùm quia ordine configendum est, hæc in aliũm locum reijciantur, Nunc id solùm, dicat Witaker, An toto, quod ab Apostolis interfluxit, tempore, fuerint, qui dogmata ipsis propria docuerint? Si enim nulli fuêre, clarum est, Nouatorum Ecclesiam, non esse Christi Ecclesiam, quæ propagata semper est, nec interrupta: Quid quòd etsi faciamus, ad normam primitiuæ Ecclesiæ, quæ ante 1500. annos fuit, Lutherum instituisse suam Ecclesiam, adhuc tamen, hanc nouam esse, ad veterem formam nuper fabricatam, negare non posset: Sicut pictura noua est, quam ad exemplum veteris imaginis, hodie pictor efformet.

a At *Nostra Ecclesia*, ait Witakerus; *fuit tempore Irenai, Tertulliani, Prosperi, aliorum Patrum, cum quibus nos eandem doctrinam tenemus: b Reddant nobis Ecclesiam, quæ fuit Augustini tempore, & nos libenter in illius gremium condemus:* Itane verò? Cur igitur ante conspicuos fuisse vestros Doctores negasti? Et vt illi ante annos 1000. vestri fuisse credantur, nisi per hos proximos mille annos, doctrinæ, Doctorumque successionem ostenderes, nil efficeres: Sed, An verè & ex animi sententia, Ecclesiam quæ Augustini tempore floruit, veram fuisse censes? Si ita sentis, Ecclesiam igitur, quæ c Diuam Virginem, quæ sanctos d Martyres, quæ Diuos cælites, vt nos orationibus iuuent, vt nostri sint memores, precibus fatigat, veram esse censes Ecclesiam: Ecclesiam in qua fideles, etsi Deum vbique præsentem credunt, scientes tamen, quod quemadmodum non omnes sancti eadem dona, dum viuerent, à Deo acceperunt, sic & post mortem (ex ijs quæ hominibus visibiliter nota sunt) sentiunt, diuersa ad quasdam sanctorum reliquias miracula fieri, Ideoque pias peregrinationes suscipiunt, veram fateris Ecclesiam, siquidem Ecclesia Augustini id credidit, vt ex Epist. Aug. 137. notissimum est: Imò vt Theodoretus notat, e *Pios votorum reos, oculorum, pedum, manuum simulacra, ex auro argentóue confecta, ob consecuti beneficij memoriam, ad sanctorum corpora suspendisse, steriles filios accepisse, agros sanitatem: f Vota illis fecisse, eorum intercessionibus ad Deum se adiuuari, professos esse.* Si Ecclesiam quæ Augustini tempore fuit, veram putat Witaker. Vera igitur est Ecclesia, quæ g *Vniuersa pro mortuis o-* rauit

a folio 424. b folio 417. c Aug. Meditat. c. 38. & 40. d Aug 9. Confess. c. 13. De cura pro Mort. c. 4. 18. 20. cont. Faust. c. 21. 21. de Ciuit. c. 27. Tract. 84. in Ioan. 22. de Ciuit. c. 8. Euseb. *13. de Prapar. c. 7. initio.* Hilar. *in Psalm. 124.* Cyprian. *de Stella & Magis n. 8. De Mortal. n. 49. Epist. 57. n. 14. Nazianzenus Orat. in laudẽ Basil. in fine n. 104. et n. 105. Edit. Colonien. an 1570. Billij. e Theodoret. lib. 8. ad Græcos, in fine. f Euseb. 13. de Prapar. cap. 7. initio.*

g August. de Cura pro mort. cap. 1. 4. & 18.

ranit tempore Augustini, pro illis, *a sacrificium obtulit, Eleemosinas erogauit, quibus illorum animæ iuuarentur*, quod ab Apostolis constitutum esse Chrysostomus *Hom.66.* ad populum, annotauit: Et purgari animas post mortem, vbique constanter docet August. vt videre est lib.20.de Ciuit.cap.25.26. & lib.21.cap.13. & 24. & sequentibus, & passim, licet de modo purgationis, de specie pęnæ, & quemadmodum ista accidant, quia definitum ab Ecclesia non erat, dubitet S.Pater in Enchirid.cap.69.& 110.lib.21.Ciuit.ca.26. In cæteris etiam Religionis articulis, idem omninò sensisse Ecclesiam Augustini, quod hodieque credit Romana, ostendi facilè posset, si id ageretur; Et ostendit luculentissimè in sua Confessione Augustiniana, doctissimus Torrensis.

XLVI.

Et amabò te Witaker, si Patres antiqui vestri sunt, Cur *b* Lutherus, *c* Brentius, *d* Caluinus, cæterique Nouatores, Patres Nicęni Concilij, Phanaticos, à Sathana fædis erroribus institutos vocant? Cur tu ipse *e* PATRES OMNES ERRASSE, hoc est à vobis dissensisse, doces? Cur tot diras auditu ipso horrendas, in totam antiquitatē congeritis, quas doctissimus Feuardentius, & olim in Dialogorum, & nuper in Theomachiæ præliminari sermone recensuit? Cur tuus Caluinus, palàm pronunciat, *f Papam diu totum orbem cacasse Missæ sacrificio. g Omnes Reges ac populos, à summo, vsq; ad nouissimum, sic percussisse vertigine, vt brutis stupidiores*, effecerit. *h Veteres, simpliciter OMNES quorum libri extant, in materia satisfactionis, lapsos: i Excusari hac in re, nullo modo posse veteres: k* Veteris *Ecclesiæ exemplum habere, qui Eucharistiam reponunt, vt ægrotis distribuant: l Veteres Ioannis & Christi Baptismum, cum Augustino discernere: m Veterem esse Chrismatis & insufflationis in Baptismo vsum, & ab Apostolorum ætate non longè, cænam dominicam, tactam rubigine: n Antiquitus receptum fuisse morem, vt Voto continentiæ alligarentur, qui se totos domino dicare vellent: o Ante mille trecentos annos, Vsu receptum fuisse vt precationes pro defunctis fierent: p Veterem Ecclesiam, cælibatum ab Episcopis exegisse. q Quadragesimæ obseruationem OLIM inualuisse: r Multis ab hinc sæculis, à-* deoq;

a Aug. serm. 32. de verbis Apost. Epist. 64. Tract. 84. in Ioan. Cyprian *Epistola 66.n.13.* Tertull. *de Monog.c.10.n.77. De corona milit.c.3.n.36.*

b Luther libro de Concil.

c Brent. Apol. Confess. Witt. cap. de Concil.

d Calu. libr.4. c.9.n.9. & 10. Vide Iustum Calu.in ca.32. Lyrinensis.

e folio 470.

f Calu. libr.4. cap.18.n.1.

g Ibid. n.18.

h libr.3. cap.5. nu. 38.

i lib.4.cap.12. nu.8.

k lib.4.cap.17. nu. 39.

l lib.4. cap.15. nu.7.

m lib.4. ca.17. nu.43.

n lib.4.c.13.n.17. o li.3.c.5.n.10. p li.4.c.4.n.10. q li.4.c.12.n.20. r li.4.c.15.n.20.

deoq; ab ipso ferè Ecclesiæ exordio, vsu receptum fuisse, vt in periculo mortis laici baptizarent, si minister in tempore non adesset: a *Augustinus* (ex quo, *vtpote fidelissimo antiquitatis teste, sumi debet. Si quid certi de sensu antiquitatis habere volumus*, ait Calu.lib.3.cap.3.nu.10. lib.4.cap.14.nu.26.) *concupiscentiam peccatum non esse* ante liberum consensum scilicet, *docuit:* Si vestri sunt antiqui Patres, Cur *b ab annis mille, penitus intercidisse Ecclesiam, c à vobis postliminij iure reuocatam* clamatis? Cur *d parum se moueri veterum scriptis*, Cur *e* Augustinum, Cur *f* Veteres omnes se reijcere palàm fatetur, Caluinus? Hæc tam manifesta, aliaque his similia, quæ *g* Bullingerus, Musculus, Zuinglius, Regius cæterique, passim iactant, quo spectant, si vestri sunt Patres? Cur Magdeburgici *h Statim intra centesimum Christi annum magnas, magnorum articulorum obscurationes accidisse* clamant, *quia Iustificatorum operibus nimium tribuebatur, ex errore de necessitate operum ad salutem?* Cur ijdem ipsi, *i Lucem veræ doctrinæ amisisse* aiunt *Doctores post ducentesimum Christi annum, operũ necessitatem inculcantes?* Eat nunc Illyricus, & *k Ducentis ac trecentis à Christo annis, prorsus consensisse Luthero, veterem Ecclesiam, Et ad sexcentesimum annum, perniciosis erroribus non laborasse Ecclesiam* proclamet.

Qui igitur, inquies, tot passim citant Lutherani Patres, si nullus veterum cum illis facit? Nimirum, *l Captant heretici omnes*, ait Lyrinensis, *veteris cuiuspiam viri scripta, paulo inuolutiùs edita, vt quod proferunt, nec primi, nec soli, sentire videantur:* Sed qua fide id præstent Lutherani, Audi: *m Patrum nomina, ad fallendos eos, qui Patres non legerunt, inani strepitu cumulant: Sed ex illis excepta testimonia, non nisi aperta sophisticâ ab ipsis, in alienam à Patrum mente sententiam detorqueri, facilè apparet, ex verbis testimoniorum, cum alijs dictis patrum, collatis:* Wittembergenses verò, de Chemnitio ita. *n Allegat Patrum sententias sine iudicio, sine vlla cura, & sæpè mala fide nec perfectè. Sæpè vel truncat, vel imperfectè citat Patres, alieno sensu, contra propriam ipsorum mentem, vi & obtorto collo eos adducens:* o Schlüsselburgius verò Lutherista Superintendens, plurimis in medium productis exemplis, ostendit; Solenne esse Caluinistis, nihil ferè ex Patribus incorru-

a lib.3. cap.3. nu.10.
b Supra Assert. 19.
c Calu. Præfat. Instit.
d Calu.lib.3.c. 4.n.38.
e lib.3.cap.11. nu.15.
f lib.2.cap.2. num.4.
g Vide in Reginald. libr.4. Calui. Turcis. c.8.fol.788. edit.anni 1597.
h Præfat. Cent.2.
i Cent.3. ca.4. col.53.80.81.
k Præfat. Catal. Testium.
l Lyrin.cap.11. contr. Profan. vocum Nouit.
m Palatinales Admonit.ad libr. Concord. fol. 289. edita Neustadij anni 81.
n Lib. de Persona, & Incarnat. Christi, edito an. 71.
o Schlüssel.lib.2.Theolog.Caluin.art.2. à pag.38.ad pag.60. Alanus Dialog.6.c.24.

prè

ptè adferre; Obscura verba captare, planam & apertam alijs locis explicatam, eorum sententiam, non attendere. Certè anno 1603. prodiêre Moguntiæ Acta Colloquij inter Episcopum Ebroicensem, & Plesseum, vbi Doctissimus Episcopus, ostensurum se recepit, in vnico Plessei libello, quingentas falsas citationes Patrum; Et etiam Caluinistis Iudicibus, coram Christianissimo Rege Galliæ aliquas ostendit, donec pudore victus Plesseus, infirmitatem causatus, se subduceret. Vt igitur verbo vno dicam, Struthionis stultitiam imitari mihi videntur Nouatores, qui si collum aliqua fronde texerit, se toto corpore obtectum, & absconditum existimat: Sic isti, si in Patre quopiam, verbulum obscuriùs dictum, ad suæ opinionis defensionem, quà iure, quà iniuria trahere possunt, suas omnes phantasias, probari veteribus clamant.

XLVII.

Mitto hic, Quòd nullis vnquam, Noua, Nouatorum doctrina, miraculis, sit confirmata: Noua inquam, quia scripturæ veteris, nouam adfert intelligentiam, Nouo, veteribus incognito sensu eam accipit. Conati quidem, & *a* Luther Dæmonem fugare, *b* & Caluinus simulantem mortuum, velut alter *c* Cyrola, vitæ reddere, Sed, *d In peruersum Apostolos æmulatus, de viuo mortuum fecit.* Mitto, quòd nemini succedentes, à seipsis ordinati, de se nati, non missi, venerint Nouatores: Si enim Luther initio SOLVS fuit, à quo tandem mitti potuit? Cui legitimè succedere? Præsertim cùm Philippus in illis Thesibus, quas Luther doctrinæ Lutheranæ *e* Breuiarium appellauit, *f Necesse esse* dicat, *Pastores à Pastoribus ordinari: Et pugnare cum Diuino iure, vt populus ad se rapiat Electionem, sine iudicio, & approbatione Pastorum:* *g At Extraordinaria est*, ait Witak. *nostra Vocatio.* Idem Caluinus, Idem Seruetus, idem cæteri dicũt, sed qua ratione probant? Certè Diuinæ prouidentiæ ratio exigit, vt quos extra ordinem mittit, ita sint ad persuadendum Diuinitùs instructi, vt omnes prudenter possint, ac debeant illis potiùs credere, quàm contraria docentibus: Siue inducti miraculis quæ ipsi patrent, siue rebus admirandis circa ipsos factis, vt de Ioanne Baptista legimus: At verò nil tale quidquam in vobis est Witaker, vt ostendi fusè posset, si id nunc ageretur. *h* Mitto quòd primi hodiernorum incendiorum

a Staphil. Lindan. Brendem. lib. 7. ca. 40.
b Bolsec., Prateolus, Pameelius, Feuardēt. Brendenbach, &c.
c Turonens. li. 2. hist. ca. 3.
d Tertull. Prascrip. c. 30.
e Supra Thesi 20.
f Tomo 1. citato illa Thesi 20. folio 442. in Thesibus de Politia Ecclesiæ.
g folio 481.
h Vide Seratium & Gretserum hac de re.

Sinones, Luther & Zwinglius, doctrinæ suæ magisterium, ad Cacodæmoné, à quo didicère, referunt, vt non immeritò hûc ipsum, Catalogo testium suorum adscripserint Lutherani. Mitto eorum in iudicijs Theologicis leuitatem, In sententijs inconstantiam, In scripturæ intelligentia superbiam, In despicientia Conciliorum, & Ecclesiæ peruicaciam, maledicam in omnes Ordines dicacitatem. Taceo, quòd Ecclesiæ illorum, aliud non sunt, quàm immensa quædam rixarum, & iurgiorum officina, quæ schismatibus, & dissensionibus infinitam ianuam aperit: Quæ contentionibus interminatis, semper necessariò exorituris in dies singulos, fratres Euangelicos à fratribus distrahit, nec vllam habeat ineundæ concordiæ rationem, quousqúe tandem, & à seipsis, & inter se, secti ac dissecti, mutuis ictibus absumantur, qui de secta ad sectam, quasi equites desultorij è sella ad sellam, quotidie transiliunt. Prætereo illud quoque, sacris illis dogmatibus, *Sola fides sufficit ad salutem: Opera ad illam inutilia: Omnia nostra opera sordes, inquinamenta, peccata sunt: Peccata verò omnia mortalia*, sexcentisque similibus paradoxis, omnem omninò virtutis amorem, studium omne, penitùs extinguunt: Nec illud dico, Quòd absurdissimis, Ecclesiæque SANCTITATI penitùs repugnantibus, de Deo, de Christo, de Homine, dogmatibus: Temerariá scripturæ sacræ mutilatione, deprauatione, ampliatione, adiectione, apertum suæ falsitatis testimonium præbent: Dissimulo & illud, veteres & olim damnatas hæreses ab ipsis reuocari, vt post Bellarminum, Sanderum, Stapletonum, alios, latè ostendit *a* Coccius: Quod à suis amoliri falsissimè nititur Witakerus: Multò verò falsiùs, veteres hæreses Catholicæ Ecclesiæ attribuit, vt alio in loco ostendimus. Si igitur, *b qui aliquas ex damnatis opinionibus vsurpat, habendo cum eis consortium prædicationis, habere debet etiam consortium damnationis.* Nemo est qui non videat, quo loco habenda sit, veterum errorum, hodierna sentina: Mitto quàm plurima his similia, quorum vnumquodque si pro dignitate tractandum foret, iustum opus expleret.

Non est Vna, Nouatorum Ecclesia.

Nec Sancta, Vide Thes. 34.

a libro 8. Thesauri Catholici art. 3. fol. 1010. Tomo 1.

b Tertullia. de Præscrip. c. 34. hanu. 202. Alij causa 24. q. 1. c. 1. & 3.

XLVIII.

Sed iam probemus, eam ipsam esse veram Christi Ecclesiam, quæ hodie Romano Pontifici coniungitur. Et mitto nunc ipsam aduer-

aduersariorum confessionem, qui etsi extra veram Christi Ecclesiam neminem saluari doceant, In Ecclesia tamen Romana, & saluari posse, & saluatos esse plurimos, totis iam mille annis, ingenuè profitentur, Audi Lutherum: *a Ante me vera Ecclesia fuit Romana, In qua Deus miraculosè seruauit Baptismum: In publicis suggestibus textum Euangelij in idiomate patrio: Absolutionem, Altaris Sacramentum, Symbolum, &c.* Et alibi *b Testamur in Papatu esse multa bona, quæ inde ad nos fluxêre, Ibi enim est vera scriptura, verus Baptismus, vera Eucharistia, veræ Claues ad peccati remissionem, verum officium prædicandi, verus Catechismus, Imò verus Christianitatis nucleus.* Alibi *c* Bernardum, Dominicum, Gregorium magnum, Sanctos vocat, *d* Witakerus cum Gregorio, etiam D. Franciscum, sanctum facit. Taceo & illud, si Romana non est vera Christi Ecclesia, nullam fuisse ab annis mille aspectabilem Christi Ecclesiam, Nullum cætum, Nullam fidei professionem. Nullos pastores, qui pascerent gregem, qui puræ scripturam populo traderent: Omnes pios, Verbum Dei, & Sacramenta, in Ecclesia Sathanæ percepisse: Eius ritus, sacra, cæremonias frequentasse, Nulla in re, quæ quidem percipi posset, ab ea discrepasse: Si qua enim fuit alia, Christi Ecclesia, quæ, vel Romanæ sociata, vel apertè, etiam vestro iudicio, hæretica, non fuit, Dic quorum hominum, quarum gentium fuit? Quando, quo pacto, quibus ducibus secessit à Romana? Quibus verbis, quibus libris, qua in re discessionem fecit? Si verò nulla fuit alia, & tamen hæc ipsa Antichristo, Idolis, seruiuit, totis iam mille annis: Non mansit igitur in æternum spiritus sanctus cum Ecclesia: Non suggessit ei omnem veritatem: Non custodiuit eam vt pupillam oculi: Et promissiones quidem omnes, quibus Amplitudo, splendor, claritas, vis insuperabilis, Ecclesiæ promittuntur, falsæ sunt: Falsæ prophetiæ, quibus iam olim prænunciatum, In populo Christum professo, *e Nullam fore Idololatriam*, Si mille ipsis annis regnauit Idololatria: Falsum & illud *f Abbreuiandos dies Antichristi propter electos,* si (vt isti impiè eructant) Papa sit Antichristus, qui ampliùs *g* mille annis orbem subiectum habuit, Nisi fortè, sicut apud Deum, ita apud Caluinistas *h mille anni sint sicut dies hesternus,* breuissimi. Falsum denique, In nouissimis temporibus, *i ante Chri-*

a Luth. Tomo 7. lat. Wit. an. 57. per Thomã Klug edito: lib. de Missa priuata fol. 236.
b Tomo 2. lat. witt. Epist. ad duos Pleban. edit. an. 57. per Joan. Lufft, fol. 229.
c Tomo 5. lat. witt: anni 54. per Lufft, In c. 4. ad Galat. fol. 400.
d Vit. fol. 229. & 583.
e Isaiæ 2. v. 18. Zacha. 13. v. 2. Ezech. 30. v. 13 cap 36 v. 25.
f Matth. 24. v 22.
g Vide Thesim 19.
h Psa. 89. v. 4.
i Luca 18. v. 8.

te Christi aduentum, fidem imminutam iri, Si enim ante Lutherum omnia Infidelitatis plena erant, Venire tunc debuerat Christus, ne à sua prædictione desciſceret, Poſtquam enim Lutherus mundum ſuis radijs illuſtrauit, Ita fidem amplificauit, quæ ſub papatu, in paucis, in occultis, in nullis, erat, vt, eam Solam & pulpita reſonent, &, vel fœminæ ipſæ Luthericæ, præ nobis, Imò præ tota Antiquitate, præ Auguſtino, ac Cypriano, doctiſſimæ in fide, audire velint. Vel igitur Luthericæ fides rumpentur iterum, & deficient, vt Chriſtus veniens in ſono Tubæ, fides has non inueniat, Vel vera eſt Eccleſia Romana, cuius fides in multis mortalibus, Lutheri fraudibus eſt diminuta, his nouiſſimis temporibus. Mitto illud quoque, Quòd ſi Romana non eſt vera Chriſti Eccleſia, Nullus veterum Eccleſiæ Doctorum, Nullus Martyrum, Nullus piorum, ab annis mille & ampliùs ſaluatus eſt: Damnanda eſt Religio in qua vixêre ſancti, quam ſanguine teſtati, ſuis inſcriptam libris reliquêre: Deturbandi cælo Auguſtini, Cypriani, Athanaſij, Ambroſij, veneranda capita: Nam nec extra Chriſti Eccleſiam ſaluari potuerunt: Nec in illa fuerunt: Si dogmata Romanæ Eccleſiæ, De ſanctorum inuocatione, De orationibus pro defunctis, De cælibatu, De operum ad ſalutem neceſſitate, de alijs ſimilibus, Idololatriæ ſunt. Hæc enim omnia ipſi, crebrò, conſtanter, perſeueranter crediderunt, eodem modo quo Romana Eccleſia: *Stipulæ*, inquiunt, *& naui ſunt iſti patrum*. Itáne verò, quæ in nobis Idololatriæ, in patribus næui tantum? qua id ratione? quo iure? Fortè An, quia à nemine illi erroris admoniti, vt hodie Papiſtæ admonentur? An non admoniti de cælibatu, de Ieiunio, de cultu reliquiarum, de oratione pro defunctis, à Iouiniano, Aërio, Vigilantio, non ſecus quàm nos hodie à Luthero? Et, datis ergo, Idololatram, ſi erroris non admoneatur ſui, ſaluari poſſe? Datis, neminem his mille & amplius annis fuiſſe, qui vel moneret quidem Patres, Romana dogmata damnanda eſſe? Datis, neglexiſſe Sanctum Spiritum curam Eccleſiæ: Peiori Chriſti ſponſam conditione gubernaſſe, quàm Synagogam, ad quam toties, tam crebrò Prophetas, Doctores deſtinauit, cùm ad Eccleſiam, poſt mille demum annos, Lutherum ablegârit? *Sed in ipſo mortis articulo, errorem in quo vixerant, agnouerunt, repudiarunt Patres.* Id verò quo

quo ſpiritu inſpirante accepiſtis? Vbi id conſignatum, in qua hiſtoria, in quo libro? Non pudet has fabulas comminiſci, quæ ſignificationem nullam, nullum indicium, in monumentis, in hominum memoria, habent? Sed fac errorem veterem agnouiſſe: Fac abieciſſe: Factíne ſunt Lutheriſtæ, an Caluiniſtæ, an potiùs Seruetiſtæ? Et ſi agnouêre errorem, Cur non monuerunt victuros, quos ſani valenteſqúe in errorem duxerant, quorum paſtores erant, quorum ſalus, ipſis à Deo commiſſa erat? Cur non monuêre Vxores, liberos, familiam, oues ſibi creditas? Cur aſtantem ſacerdotem non repreſſerunt? Latro in cruce animam agens, priuilegio raro, conuertitur, ſtatim palàm confitetur veritatem, errantem ſocium corripit: Et credat aliquis, mille, & eo amplius annis, ſanctos omnes, toto vitæ curſu Idololatras fuiſſe, morituros errorem agnouiſſe, nec tamen Chriſtum confeſſos, nec viam à ſe repertam cæteris, quos ante in errorem duxerant, præmonſtraſſe, Atque adeò, non ſanctos, ſed ſceleſtos, & Chriſtum erubeſcentes, fuiſſe? Certè S. Pater Auguſtinus, matura iam ætate, animaduertens quædam à ſe Catechumeno incautiùs effuſa, correxit vel explicauit illa, libris Retractationum: Ea interim de quibus hodie diſputatur, tanquam certa, & inconcuſſa reliquit: An putamus ſilentio errores obtecturum, qui minutiſſimos etiam memoriæ lapſus reuocauit? Vt igitur hæc, Aliaque quàm plurima breuitatis cauſa mittamus, Duas hic ſolùm Apodicticas adferam rationes, quibus Romanam Eccleſiam veram Chriſti Eccleſiam eſſe, concludam.

XLIX.

PRIMA ratio, eſt huiuſmodi: Romanæ Eccleſiæ, nec vlli præter eam, ſectæ, vera illa Eccleſiæ NOTA conuenit, Quòd ſemper conſpicua, quòd à temporibus Apoſtolorum ſemper inuicta, ſucceſſionem doctrinæ pariter, & doctorum retinuerit: Sola igitur hæc eſt vera Chriſti Eccleſia: Prior illa propoſitio non vna ratione oſtendi poteſt: Certum enim inprimis eſt, Initio naſcentis Chriſtianiſmi, *a* Veram fuiſſe Romæ Fidem, Veram Chriſti Eccleſiam: At profeſſio Fidei, quam ſemel ſuſcepit Romana Eccleſia, nunquam eſt mutata, communi totius Eccleſiæ errore: Quoties enim vna fides, à multis ſuſcepta, ipſa temporis diutur- *a Rom. 1. v. 8.*

 nitate

nitate authoritatem in animis piorum obtinuit, mutari communi totius cætus errore, contrarij dogmatis professione, non potest: Quin mutationem hanc aduertant, qui adhærent veritati: Quin errori nascenti à multis contradicatur, præsertim si viri doctissimi, sanctissimiq; non desint, qui vel ipso vitę dispendio parati sint, veritatem propugnare: Et sanè prorsus incredibile est, vel tantam fieri mutationem Religionis, vt tota penitùs intercidat, & Zizania Christi sementem præfocent, à nemine tamen aduertatur: Vel eo Ecclesiam redactam fuisse, vt tota erraret, nec vllus super esset, qui teterrimas abominationes irrepentes aduerteret: Nullus tam Christiani Spiritus ac Zeli, qui murum se pro domo Dei, nascenti errori opponeret: Cùm tamen, eo fine hæreses

a 1. Cor. 11 v. 19 permittantur, *a Vt qui probati sunt manifesti fiant*, sese nimirum segregando, fortiter pro veritate repugnando: Et exemplis sæculorum omnium doceri potest, Nullam leuiculam turbam, Nullam de Religione, de ritibus, de loquendi modis dissensionem spargi potuisse ab hæreticis, quin S. Spiritus aperiret ora sanctorum, arma suppeditaret, gratiam ad superandos hostes impertiret: At verò veteres illi doctissimi sanctissimique viri, qui minutissimis etiam de rebus ortas dissensiones Ecclesiasticas enumerârunt: Authorem, originem, progressum, extirpationem errorum, notatis temporibus consignarunt: Augustinus inquam, Epiphanius, Philastrius, Hieronymus, Theodoretus, Eusebius, Damascenus, cæteri: Nullius vnquam mutationis in Ecclesia Romana, vel obscurè meminerunt, Nullo verbo, nullo indicio, vel suspicandi quidem, de mutatione, ansam præbuerunt: Primi Lutheristæ, post annos mille, accusant sine teste, sine tabulis, sine vllis argumentis, Romanam Ecclesiam, mutasse, corrupisse Religionem, in ijs articulis, quæ ipsis non arrident: Et quia sine teste accusant, eo ipso

Folio 390. (iuxta leges accusatorum) causa cadunt. Quare Witakerus ipse confitetur, *Designari non posse tempus, quo Romana Ecclesia Fidem mutare cœperit, quia sensim errores orbi instillauit, nec vno velut impetu:* At hoc ipsum non nisi obesæ naris homini persuadebis Witakere, Ita profundo lethargo oculatissimos quondam viros fuisse consopitos, vt tam tetros errores, (vestro iudicio) & Idololatrias irrepentes, non aduerterent: Et vt faciliùs de præteritis temporibus

bus iudices, ex nostris coniecturam sumas: Fac nostro sæculo errores Iaponiorum, Brasilensium, vel aliorum, irrepere, & occupare totas Ecclesias vestras Reformatas, (Deformatas dicere debui) Credes fieri posse, vt nullus Superintendentium, nullus Prædicantium communem errorem grassantem notet? Nullus vt se opponat?

L.

Sed audiamus Witakerum. a *Nos scripturas habemus manifestas, aduersus singulos errores Papistarum*: b *Et nisi probare possimus, nostram doctrinam semper fuisse in mundo, & contra, Papistarum dogmata noua esse, hæreseos crimen non deprecamur.* Audax stipulatio: Et, vt cum Augustino loquar, c *Arbitror, quòd etsi tua facies hoc loco non erubescit, tamen ipsum libri tui atramentum, erubescendo conuersum sit in minium.* Nos vicissim si ista probes, Tui sumus. At qui id probet, qui nullum à temporibus Apostolorum dare potuit, sibi consentientem? Antè verò quàm probare incipias, quæ promisisti. Duo illa consideres Witaker: PRIMVM est: Satis non esse, si tu fundatam in scripturis tuam sententiam putes, nisi eandem cum Ecclesia superiorum ætatum consentire doceas. Si quid igitur scripturis probare velis, scripturæ sensum, non tuo sensu, sed veterum consensu metiaris: Si quam enim eius intelligentiam Nouam, Veteri Ecclesiæ repugnantem, adferes: Eam ego non scripturam, sed scripturæ corruptelam reputabo: Scriptura enim certa est, ac verissima: Contra quam, si vel Angelus Euangelizet, Anathema sit: Interpretatio quæritur: Vos eam priuati cuiusque Iudicio, qui orat, & scripturas confert (velut Diuinam facem, caudis vulpium Samsonis) alligatis: Constanti communique Patrum, Conciliorum, Ecclesiæ antiquæ, sententiæ adimitis, quod ij, homines cùm essent, errare potuerint. Quasi verò vos homines, & minuti homines, non possitis, Quasi sancti veteres, nec Christi oues fuerint, nec orarint, nec scripturas contulerint: Quasi quod vobis lucidissimum est, id illis obscurum, ignotum fuerit: Nos non sic iudicamus, Vel enim infinita est, ac interminata de scripturarum intelligentia hæsitatio, Nec certum aliquod principium est veræ interpretationis, in quo stare & acquiescere, sine erroris periculo possimus, Atque ideò erroribus, dubi-

a folio 392.
b folio 395.
c Aug. 3. con. Iulian. c. 13. Vide Assert. 43.

dubitationibus, desperationibus plena erunt omnia: Semper incertis opinionibus fluctuabimus, scindemur sectis: Id verum censebimus, quod quisque pro sua libidine concludet è scripturis: Sicque nullæ hæreses erunt, cum omnes, consentire se scripturæ, putent: Vel certè priuati hominis, qui errare possit, iudicio, metienda non est scripturæ intelligentia, sed Ecclesiæ, quæ certius habet de spiritu veritatis testimonium, quàm priuatus quispiam: Si igitur à spiritu gubernatur Ecclesia. Ab illo spiritu, qui scripturam dictauit, qui contra se sentire, secum belligerare non potest: Si hæc confessa semper Fidem fuit: Si quid confessa sit, ex libris, ex ordine Ecclesiæ, ex hominum memoria, ex ipsis templorum parietibus, recognoscere possumus: Ecquis tam temerarius erit, qui suam noctem lumini Ecclesiæ præferat? Qui velit sibi scripturarum intelligentiam comminisci, potiùs, quàm præmansum ab Ecclesia cibum sumere, quàm ex vberibus matris, in eius gremio, veritatem Christi sugere, quàm directam viam, vestigijs Martyrum, Sanctorum omnium, consignatam, ingredi, nec quidquam credere, quod nulla ante nos credidit publica Christi Ecclesia? Damnabisne, martyrum exercitum, senatum Patrum, qui vitæ innocentia, & vsu Christianæ Religionis authoritatem obtinuit, qui secus intellexit scripturam? Credes totam Ecclesiam non intellexisse in scripturis, quod tu intelligis, præsertim cùm ex tua præscriptione, tam claræ, tam apertæ sint scripturæ, quàm Sol in meridie? An Iudicem te constitues, omnium ætatum, damnabisque omnes oues, ouiaria omnia, quasi vocem pastoris sui non rectè audierint, quia non eodem quo tu modo, eam intellexerunt? Si Ecclesiæ credis, cùm scripturas Diuinas proponit, Cùm adulterina à Canonicis secernit, Cur eidem fidem derogas, cùm veram à falsa, intelligentiam separat? Cùm *Animalis homo non percipiat, quæ* 1.Cor.2.v.14.
Dei sunt: Cùm *Scriptura non sit propriæ interpretationis*, atq; adeò, 2.Pet.1.v.20.
neque collationis, Quo indicio, quo signo testaberis, te Animalem non esse, rectè scripturas intelligere? Quod igitur Ecclesia Dei, omnium Patrum ætatibus credidit, quod in eorum libris notatum legimus, hoc tanquam glossam, & legitimam scripturæ intelligentiam recipimus: Contra verò licet antiqua scripturæ verba adferas, si explicationem nouam adfers, Inauditam in Ecclesia,

ſia, quamdiu hæc poſt Apoſtolos fuit, Tua ſomnia, non ſcripturam adfers.

ALTERVM eſt, Si quid in Eccleſia Romana Nouitatis oſtendere voles, Non ritus ac cæremonias, Non leges à Sum.Pont. ad rectam Eccleſiæ Oeconomiam, nunc latas, poſteà antiquatas, adferas, quæ mutari, abrogari, prout temporis, loci, perſonarum ratio exigit, poſſunt: Sed Nouitatem aliquam in rebus Fidei ac Doctrinæ adferas: Et oſtendas, Non explicata ſolùm clariùs, quæ antè obſcuriora erant: Sed abrogato aliquo dogmate, quod antè profitebatur Eccleſia, Nouum, priori contrarium, ſuffeciſſe: Certum enim eſt, & annotat Lyrinenſis, *a Id in Eccleſia Conciliorum decretis effectum, vt quod antè ſimpliciter credebatur, poſteà diligentius crederetur, Quod prius à maioribus ſola TRADITIONE ſuſceperat, hoc poſteris, etiam per ſcripturæ Chirographum conſignaret*, Et multa, *b Non noua, ſed Noue* traderet: Nam & Lutheriſtæ initio tumultuum, non iiſdem Cantionibus, iiſdem precibus, Nec ſimilibus in Baptiſmo & Cœna ritibus vtebantur: Ne hodie quidem, omnes Synagogæ eorum congruunt, & tamen non ideò Baptiſmum, & Cœnam ſuam, nouam dicunt: Eodem nobis iure frui, veſtra vt ſpero venia, licebit.

a Lyrin.ca.32. contra Profan. Voc.Nouit.

b Ibid. cap.27.

c Calu. libr.4. ca.6.nu.16.

d Auguſ.2.de grat.Chriſt. cap.17.

LI.

Sed eſt alia quoque expedita ratio Demonſtrandi: Notam illam veræ Eccleſiæ, Romanæ, congruere. Poſt fundatam labore Apoſtolico Romanam Eccleſiam, certum eſt, omnes totius orbis Chriſtianos, totis quingentis, imò ſexcentis, & amplius annis, cum illa in Fide, ac Religione communicaſſe: Nullum ab ea niſi iudicio omnium, manifeſtè hæreticum diſſenſiſſe: *c Veteres enim* (Caluini verba ſunt) *ſemper, magnum Eccleſiæ Romanæ honorem detulerunt, quod doctrina ſemel tradita, fuerit aliis OMNIBVS, tenacior.* Hinc factum, vt veram Eccleſiam, iam olim *d* ROMANAM Eccleſiam, veros Chriſtianos *e* ROMANOS, vocarint: Quin & illud clarè docuerint, *f Ad Romanos perfidiam non habere acceſſum. g Hanc eſſe ſedis Romanæ prærogatiuam, vt ibi fides, non POSSIT ſentire defectum. h Hanc Petram non vinci, ſuperbis inferorum portis. i Apud Romanos SOLOS, incorruptam patrum ſeruari hæreditatem: Quicunque extra hanc Eccleſiam*

e Conci. Epheſ. apud Peltan. Tomo 5. ca.10. Optat. libro 2. Turonen.lib.1. de Mirac.ſeu Glor. Martyr. c.25.79.

f Cypr.Epiſ.55.

g Bernar.Epiſ. 190. initio.

h Aug. Pſal. cont.Part. Donat. ſub finem.

i Hieron. Epiſ. 57.

M agnum

agnum comederit, profanum esse, qui in arca Noe non sit, periturum: a Romanam vero Fidem, Pauli authoritate munitam, non POSSE mutari: b Ideoq́, eum esse Catholicum, qui Fidem Romana Ecclesia tenet: c Roma enim est vera Ecclesia. Nazianzenus verò d Inter veterem, Nouamq́ Romam, hoc interesse ait, quòd hæc, Veram fidem, quam olim habuit, amiserit: At, qua cadit Sol, Illa fulget: Fides vetusta, recta erat iam Antiquitus, Et recta perstat nunc etiam; Nexu pio, Quodcunq́ labens Sol videt, deuinciens, vt vniuersi PRÆSIDEM mundi decet, Totam colit, quæ Numinis Concordiam. Atque ideò sanctissimus Satyrius, illud ab Episcopis quærere solitus erat, e An cum Episcopis Catholicis, hoc est, Romana Ecclesia, communicarent: Vt enim S. Cyprianus Martyr ad Pontificem scribens ait, f Qui communionem tuam tenet, Catholica Ecclesia vnitatem tenet, g Qui vero Cathedram Petri, super quam fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia se esse confidit? Cùm ad hanc, h Propter potentiorem PRINCIPALITATEM necesse sit, omnem conuenire Ecclesiam, in qua SEMPER conseruata est, ea, quæ ab Apostolis est, Traditio: Hæc i CAPVT est omnium Ecclesiarum. (Caput inquam Ministeriale, non Vitale, quod vitam & spiritum de plenitudine sua largiatur, Id enim solius Christi est.) k Sedes nempè Roma Petri, quæ pastoralis honoris, Facta CAPVT mundo, Quidquid non possidet armis, Religione tenet. Vt proinde meritò Episcopi Ægyptij, cum magno Athanasio, sic Marcum Papam alloquantur. l Domino sancto, Apostolici culminis, Marco sancta Romana, & Apostolica, atq́ VNIVERSALIS Ecclesia Papa: Optamus vt a vestra sancta sedis Ecclesia authoritate, quæ est MATER & CAPVT, omnium Ecclesiarum, Capitula Niceni Concilij percipiamus. Hinc Cyprianus Romanam Ecclesiam, vocat m Principalem Ecclesiam, vnde VNITAS orta est: Optatus verò n In hac, ait, ab omnibus seruari VNITATEM, vt iam schismaticus sit, qui contra hanc singularem Cathedram aliam collocat, Cui hodie Syricius præsidet, cum quo TOTVS ORBIS in vna communionis societate, concordat. Augustinus denique, o In Romana Ecclesia, inquit, SEMPER Apostolica Cathedra viguit PRINCIPATVS: p Quare dubitandum non est, in illius nos Ecclesia condere gremio, quæ ab Apostolica sede, per Succes-

sionem

a Hieron. li 3. cont. Ruff. c. 4. b Hieron. li. 1. in Ruff. c. 11. c Epist. 17. c. 7. d Carmine de sua vita n. 38. Edit. anni 83. Paris. e Ambros. in Obit. Satyr. sub fine. f Cypr. Epist. 45. n. 8. Epist. 52. n. 4. g De Vnitate Eccl. nu. 11. h Irena. lib. 3. cap. 3. i Eugenius apud Victorem de Persecutio. post medium. k Prosp. lib. de Ingratis c. 2. l Athan. Tom. 2. Edit. Comelin. fol. 440. m Epist. 55. num. 90. n Lib. 2. initio. o Aug. Epist. 162. p Aug. de Vtilita. credendi cap. 17.

sionem Episcoporum, frustra circumlatrantibus hæreticis, partim Conciliorum grauitate, partim MIRACVLORVM maiestate damnatis, culmen authoritatis obtinuit, Cui nolle PRIMAS dare, vel summa Impietatis est, vel præcipitis arrogantiæ. Atque adeò non solùm D. Bernardus, sed Augustinus etiam, Romani Episcopi censuræ, sua scripta subijciunt: Rog[...]t *a vt si quid illi displiceat, emendet, quia ipse præeminet celsiore fastigio, specula Pastoralis.*

LII.

Quid verò sancta illa Concilia? *b Nos conuenimus*, scribunt Patres Chalcedonenses, Pontifici Romano, *quibus tu, sicut membris CAPVT præeras: Rogamus igitur, vt tuis Decretis nostrum honora iudicium: Et sicut nos CAPITI adiecimus consonantiam, Ita summitas tua FILIIS quod decet, adimpleat.* Nec vno loco, Idem illud sanctissimum Concilium, Leonem Papam, *c Sanctissimum, Beatissimum, VNIVERSALEM Episcopum*, vocat: Non eo quidem modo, quo Ioannes Constantinopolitanus vniuersalem se vocari cupiebat, *d Vt despectis fratribus, solus vocaretur Episcopus*, sed alia longè dissimili: Iustinianus verò Imperator, quid ex quatuor Oecumenicorum Conciliorum decreto, sanciat, audiamus. *e Sancimus*, ait, *secundum definitiones Nicænæ, Constantinopolitanæ, Ephesinæ, Chalcedonensis Synodorum decreta, vt sanctissimus senioris Romæ Papa, sit CAPVT, & primus omnium sacerdotum: f Summi enim Pontificatus apicem Romæ esse, nemo est qui dubitet.* Et demùm, ne singula percenseam, Nicæna Synodus definiuit, *g Nullam Synodum legitimè conuocari, Nec definiri quicquam, posse, præter Romani Pontificis sententiam*, quod mala fide à Musculo Socratem interpretante, reddi, iam pridem *h* viri docti, monuêre.

Ex his omnibus, concludo: Non solùm Patres veteres, sed etiam Concilia illa, *i Sacrosancta, & nil nisi puram & natiuam scripturæ interpretationem continentia: Quorum definitio tantum pondus habet, vt sit instar Præiudicij*, Si Caluino credimus: Imò totum orbem Christianum, communicasse, & in Religione consensisse cum Romana Ecclesia: Summum illi honorem, summam Episcopo Romano reuerentiam exhibuisse, & vt Cyprianus ad Cor-

a Aug. lib. 1. cont. duas Epist. Pelag. c. 1.
b Act. 3. sub finem. In Relatione Concil. fol. 137. Idem ferè Ibid. Valentinianus, Galla Placidia, &c.
c Act. 3. folio 110. Act. 6. fo. 156. Gregor. li. 4. Indict. 13. c. 80. ad Eulogium, cap. 82. ad Ioan. Constantinop.
d Gregor. illo cap. 82. initio.
e Nouell. 131. cap. 1. & lib. 1. Codicis Tit. 1. lege 8. & 9.
f Nouell. 4.
g Sozom. lib. 3. c. 10. Theod. lib. 2. c. 22. Tripar. li. 4. c. 9. & 19. Socrat. lib. 2. c. 8. & 17. Athanas. Apolog. 2. &c.
h Copus Dial. 1. ca. 11. & alij.
i Calu. libr. 4. cap. 9. num. 8.

a Cypr. Epist. 57. initio.
b Basil. Epist. 72.
c Psell. Tomo 3. Concil. folio 45.

Cornelium Papam scribit, *a Omnibus Ecclesiam vnam, concordiam Indiuiduam* fuisse, *b Nunquam enim nos* fidenter scribit Basilius, *in Nouitatem consensimus, Fides apud nos, non alia est Constantinopoli, alia Seleucia, alia Roma*. Celebrata est, à 318. sanctis Patribus, Nicæna Synodus, annis post Christi in cælos Ascensum, (vt author est *c* Psellus) trecentis, sub Syluestro, contra Arium, quo ferè tempore Athanasius, Basilius, Cyrillus Hierosolymitanus, Nissenus, Effrem, Nazianzenus, Hilarius, Eusebius, Chrysostomus floruerunt: Post annos quinquaginta sex, Indicta est prima Synodus Constantinopolitana centum quinquaginta S S. Patrum, sub Damaso, contra Macedonium, quo ferè tempore viri sanctitate, doctrinaque conspicui. Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Epiphanius, Paulinus, Optatus, Sulpitius, Petrus Chrysologus floruerunt. Annis deinde quadraginta lapsis, post quadringentesimum domini annum, Ephesum coiêre ducenti Patres, sub Cælestino, contra Nestorium: Eaque ferè tempestate, Cyrillus Alexandrinus, Theodoretus, Prosper, alijq; scripserunt. Post triginta rursus annos, sexcenti triginta Patres, Chalcedone congregati, sub Leone, contra Eutychetem: Cuius ferè temporis monumenta, consignarunt, Vincentius Lyrinensis, Saluianus, Fulgentius, Emissenus, Victor Vticensis, Cassiodorus, Boetius. Secuta deinceps, post annos centum & duos, Synodus Constantinopolitana secunda, centum & sexaginta quinque SS. Patrum, circa annum Domini 540. sub Agapeto, Syluerio, Vigilio, De tribus capitulis: Quo ferè tempore scriptis Ecclesiam illustrarunt, Gregorius Turonensis, Gregorius Magnus, Isidorus Hispalensis, Sophronius, Hildephonsus. Annis post quintam Synodum 129. lapsis, celebrata sexta Synodus Generalis ducentorum octoginta nouem SS. Patrum, Constantinopolitana tertia, sub Agathone Papa, contra Monotelitas: Cùm florerent Damascenus, Beda, Paulus Diaconus, Alcuinus, Vsuardus, alij. Denique septima Synodus, Nicæna secunda, trecentorum quinquaginta Patrum, coacta est annis sexaginta post sextam, sub Adriano Papa, contra Iconomachos, quæ ferè ætas vidit, Ionam Aurelianensem, Rabanum, Anastasium, cæteros.

Toto hoc longissimo temporum tractu, nihil in fidei dogmati-

matibus immutatum: Nil variatum est à Romana Ecclesia, communione totius orbis, consensione omnium Christianorum id approbante. Si enim adeò fœdè degenerauerat Romana Ecclesia, Adeò horrendas Idolomanias excogitârat, Adeò à primæua puritate degenerauerat, Quî factum est, vt sanctissima illa Concilia, flos, & medulla Christianitatis, Romano Pontifici, societatis communione iungeretur, Tantum illi honoris ac venerationis deferret? Cùm præsertim, veteres illi, vel speciem erroris adeò detestarentur, vt nec Aue dicerent, noui quidpiam in Ecclesiam inuehenti.

LIII.

Concludamus igitur: Sexcentis & eo ampliùs annis, Romanam Ecclesiam, toti mundo, fidei communione sociatam, Non aliud credidisse, quàm quod totus orbis Christianus credidit. Concludamus: Non illud solùm, quod Caluinus veritatis vi adactus, fatetur, a *Quingentis annis floruisse Religionem, & synceriorem Doctrinam in Ecclesia:* Verùm etiam, septingentis annis retinuisse Romanam Ecclesiam, Religionem, quam ab initio acceperat: Quanquam si vel trecentis, si vel ducentis retinuisse, ostendi posset, nobis in præsenti sufficeret abundantissimè.

a Calu. libr. 1. cap. 11. n. 13.

Iam igitur, vt liquidò constet, Num eandem hodie Fidem retineat, quam vsque ad Augustini, ad Basilij, ad Cypriani, ad Nicæni Concilij tempora retinuit, quo vsque b *nihil in fide variatum fuisse*, Caluinus ipse, &, vt vidimus, Witaker, confitentur. Oculos, si placet, ad Scriptorum, qui ijs vixere temporibus, monumenta reflectamus, Quid illorum tempore Ecclesia, quæ nondum vitiata erat, nec Idolomanijs conspurcata, crediderit videamus: Etiam Nicæna Synodo antiquiores, duos Clementes, Dionysios, Ignatios, Iustinos, Irenæos, Cyprianos, Origenes, Tertullianos, Arnobios videamus: Nec attendamus, quid horum aliquis, ex suo priuato arbitrio, priuato in cerebro natum, & ab Ecclesia non approbatum, senserit, Sed quid de communi, & consentiente iudicio Ecclesiæ notauit, quid ex fontibus Ecclesiæ haustum, ex eius thesauris mutuatum, consignauit: Id enim iam Patrum non est, qui errare singuli possunt, sed Ecclesiæ infallibilis, c *Quicquid enim Patres, vno sensu, ac consensu tenuisse inueniuntur*,

b Calu. libr. 4. cap. 2. nu. 3.

c Lyrin. ca. 41.

a Cap.25.n.39. *id Ecclesiæ, id Catholicum, absq; vllo scrupulo, iudicari debet:* a *Quidquid verò, quantumuis ille sanctus, & doctus, quantumuis Episcopus, Confessor, Martyr, præter omnes, vel contra omnes sensit, id inter proprias, ac priuatas opiniunculas secretum sit*: Ad hos, inquam, vertamus oculos: Extant monumenta fidelissimè conseruata, Consignata extant illorum fidei argumenta: Hi b *Nullas nobiscum, vel vobiscum amicitias attenderunt, vel inimicitias exercuerunt, Neq; nobis, neq; vobis irati, Nec vos, nec nos miserati: Quod inuenerunt in Ecclesia, tenuerunt, quod didicerunt, docuerunt, quod à patribus acceperunt, filijs tradiderunt: Nondum vobiscum aliquid, apud istos iudices agebamus, & apud eos acta est causa nostra: Nondum vobiscum certabamus, & eis pronunciantibus vincebamus.* Sequamur sanctissimum illum Ecclesiæ morem, quem Ephesina Synodus secuta est.

b Aug. 2. con. Iulian. c. 10.

c Lyrin. c. 42. c *Vt in medium sanctorum Patrum sententiæ proferantur, & ex eorum consensu atq; decreto, antiqui dogmatis Religio confirmetur, profana nouitatis blasphemia condemnetur.* Extant monumenta veterum, in quibus tanquam depositis quibusdam vltimam voluntatem suam, fidem ac sensus suos consignarunt. In scriptis illorum, In vsu veteri, & more, & ritibus, & cæremonijs, quæ à maioribus, tanquam hæreditate relicta ad hanc vsque diem conseruamus: In ipsis Iuribus, legibus, priuilegijs, publicis tabulis, templis, ædificijs, quid veteres ante nos crediderint, quid docuerint, videre possumus. Summa est inter SS. Patrum, SS. Martyrum Ecclesiam, & inter Romanam, cōsensio: De sanctorum Inuocatione, De suffragijs mortuorum, De altaris sacrificio, De operum valore, De cæteris articulis, idem sensit vetus illa, & necdum variata puritas Ecclesiæ, quod sentiunt hodie Catholici, vt & d aduersarij non diffitentur. Et ex Augustiniana, Ambrosiana, Hieronymiana, Gregoriana confessione constat: Et latè in singulis controuersijs ostendit Bellarminus, Genebrardus in Chronologia, Sanderus in sua Ecclesia Visibili, Nouissimè Iodocus Coccius, Tomis duobus Thesauri Catholici: Signum igitur euidens est, Romanam Ecclesiam, nunquam Fidem, quam ab Apostolis semel hausit, variasse, nunquam corrupisse: Non igitur Sola SVCCESSIO Pastorum, sed Doctrinæ etiam, integra semper conseruata est in Ecclesia Romana: Nec præiudicant perpetuæ huic, nec interruptæ Pastorum

Vide Thes. 45.

d Vide Thes. 46.

ſtorum ſucceſſioni, Eccleſiæq; vnitati, ſchiſmata, in quibus Regiminis, non Fidei ac Religionis diſcordia eſt: Et quamdiu non conſtat, vter illorum, quos inter ſchiſma vertitur, legitimè ſuccedat, non minus quàm vacante ſede, fidei ac doctrinæ Vnitas ſeruari poteſt, vt tempore interregni durat Reſpublica: Quanquam (quæ Dei eſt in ſua Eccleſia procuranda benignitas) diu ſchiſma durare non poteſt, quin verus ac legitimus Paſtor, à Mercenario internoſci poſſit. *Vide Staplet. lib. 13. Princip. Doctrin. c. 15.*

LIV.

Finem non facerem, ſi omnia veritatis Romanæ Eccleſiæ argumenta, percenſere vellem: Sed vt omittam, huic Soli VNITATEM, quam in Symbolo Eccleſiæ tribuimus, conuenire, Eò quòd, non ſolùm, in doctrinæ Vnitate, omnia eius membra, perpetua ſibique cohærente ſerie permanſerunt: Sed etiam, vel maximè, *a* quòd certam rationem, ac modum habet, ad fidei ac doctrinæ conſenſionem retinendam, qua ſectæ omnes deſtituuntur. *Vide Theſim 34.*

a Explicatus eſt hic modus Theſi præcedente ex Lyrinenſi: Et Theſi 32. ex Caluino. Et Theſi 23.

SECVNDA ratio, ſit, Quòd tam multis, tam crebris, tam teſtatis MIRACVLIS, ſingula ferè Romanæ Eccleſiæ dogmata ſint Diuinitùs comprobata, & etiam num comprobentur, vt negari nulla tergiuerſatione poſſint. Vt enim cætera nunc taceam quæ olim Gregorius Magnus, Gregorius Turonenſis, Epiphanius, Rufinus, cæterique hiſtorici recenſent: Vt quæ Brendembachius, *b* Feuardentius & alij collegerunt, prætermittam, Vnus *c* Auguſtinus, tam multa, tam admiranda recenſet, quibus fuſæ ad ſanctos, ſanctorumque reliquias preces, approbantur, vt nullum dubitandi locum relinquant: Et per ætates ſingulas, inſignia iam pridem recenſuit *d* Bellarminus, Imò & *e* Magdeburgici Chiliaſtæ, miracula, licet ea ipſi dæmonum illuſionibus attribuant, quia ſic ipſis adlubeſcit, Eſtque voluntas pro ratione, ſufficiens. Hodie quoque ad D. Virginem Lauretanam, Hallenſem, Cellenſem, cæteroſque ſanctos, Non à deliris anniculis, Non ab ignara plebe, ſed à viris doctiſſimis, integerrimiſque, à Principibus ſapientiſſimis, tanta, tamque ſingularia, Admiranda, beneficia percipiuntur, vt in dubium illa reuocare, nullus, niſi qui cum ratione inſaniat, poſſit. Vt enim *f* vir magnus nuper annotauit, Mira-

b In lib. 1. Iren. c. 9. n. 5. poſter. Edit.

c Aug. 22. Ciuit. a cap. 8.

d Bellar. lib. 4. de Eccl. ca. 14.

e Cuiuſq; Centuria cap. 13.

f Lipſius ca. 5. Hallenſis

a Vide Aug. Assert. 30. cula sæpiùs hodie in Diuorum, sæpissimè in Dei matris nomine vedi, visum Deo, Quia Christo asserendo opus nunc miraculis non est, a cui si quis, mundo credente non credat, miraculum ipse est: At in Diuis, aliter est: Quia multi etiam Christum professi, obstrigillant eorum cultui, & honori, meritò extrà ordinem eos asserit Deus, & quos abijciunt, alleuat, quos obtenebrant, illustrat.

Vide simile in Antiloquio ex Aug. in Ps. 30.

b folio 405. Sed obstrepit hìc Witaker, & quia Veritate nil effici posse contra Veritatem, vidit, fuco, & mendacijs rem aggreditur: diuerticula, flexiones quærit. b *Multa a Gratiano recensentur* inquit *nouitia Pontificum instituta:* Si de ritibus, ac cæremonijs agatur, fateor: Si de Fidei dogmatibus, Nego. Falsò autem arbitrari videtur Witaker, Illius primum Pontificis esse institutum dogma, cuius de eo Gratianus Decretum adfert; Non ita est: Etiam de rebus antè creditis, decreta condere Pontifices, & Concilia, c notauimus antè, cum Lyrinensi. d *At Romana Ecclesia, vnius vrbis Ecclesia est, Non igitur Vniuersalis, nec toto orbe diffusa.* O te caudicem Witakere, qui ne in fine quidem disceptationis, qua de re disputetur, intelligis. Cùm Ecclesiam Romanam nominamus, Non eum solùm cætum intelligimus, qui mœnibus Romanis clauditur, sed eos omnes, qui Romanæ Ecclesiæ vniti, cum ea communicant, quos conficto recens nomine, vos vel Papistas, vel Romanenses, e Antiqui Romanæ Fidei homines, & Catholicos nuncupabant.

c Vide Lyrinens. Thesi 50.

d Vithak. folio 703. 712. & sæpius.

e Vide Thesi 51.

f folio 718. Addit Witaker, f *Romanum Pontificem Episcopum non esse, quippè qui neminem doceat, Nec ad Pontificem spectare, vt quenquam doceat, definiuit.* Si fide bona agis, Cur locum, quo id Pontifex definit, non profers? Qua verò ratione Pontifex (& par est Regum ac Principum conditio) regere, docere subditos, debeat, præclarè explicat Bernardus, g *Non enim percurrendus est tibi mundus*, inquit, *sed inuigilandum Vniuersis.* Id si Pontifex negligat, vitium est moris, non doctrinæ: At vt magis quàm faciat, negligeret, volupe esset opinor Nouatoribus.

g Libro 1. de Considerat.

h folio 722. h *Sed multa palam falsa docet*, inquit, *Romana Ecclesia, vt quod Deus nostris operibus excitetur, vt nos ad se cõuertat. Et, Ideò misereri, quia nostris operibus inducitur, quod docet Tridentinum Sess. 6. cap. 6. & 7.* Ni Anglum te esse scirem Cretensem, vel Penum dicerem:

cerem: Nunquam Tridentina Synodus, Nunquam Romana Ecclesia ita docuit, sed potiùs: *a Nos ideò gratis Iustificari, quia nihil eorum, quæ Iustificationem præcedunt, gratiam Iustificationis promeretur.* *a Trid. Seß.6. cap.8.9.*

Carpit deinde varia Ecclesiæ Romanæ dogmata, quæ interdum, mendacijs interspersis, mala fide refert: Sed quia nec Witakeri mendacijs onerare Theses, libet. Nec ad singulos nunc articulos controuersos descendere par est, alium in locum ista reijciantur.



EPIGRAMMA

POETÆ CALVINISTÆ,


POSTHVMO VVITAKERI LIBRO, DE *Ecclesia, Præfixum, contra Illustrissimum Bellarminum.*

BEllarmine, sonat, tibi quæ tria, nomen, in vno,
 Vix vnum, è tribus his, nomina terna ferunt.
Bella sonat, sonat arma, minas sonat; Omnia Martis.
 Nec quæ orbem vincunt singula, terna Deum.
Bella geris armis, arma aggrediêre minando;
 Ordine ridiculo, verba sonora fluunt.
Incipis à Bello, sic demùm pergis ad Arma,
 Arma minæ deinceps, ora secuta manum.
Ira minas parit, Arma minæ, post Arma duellum,
 Bella necem: Nihil est, qui sonat ista retrò.
Claude minis: tutum est; Concedimus, Incipe Bello,
 Macte age, qui solo nomine victor eras.

ANTISTROPHE.

BEllarmine, ſonas vno benè nomine, trina,
Vixq; vnum è tribus his, hoſtica turba ferat.
Bella, Minas, ac Arma ſonas, hiſq; omnibus Orcus,
Caluiniq; ſimul dogmata fæda, tremunt.
BELLA GERIS ARMIS, ARMA AGGREDIERE MINANDO.
ORDINE mirifico, VERBA SONORA FLVVNT.
INCIPIS à BELLO, SIC DEMVM PERGIS AD ARMA,
ARMA MINÆ DEINCEPS, ORA SECVTA MANŪ.
O Bellam ſeriem: Diuerſa lege tenentur
Bella, quibus Tellus, & quibus Aſtra premunt.
Terra, minas, ac arma ſonat priùs; horrida tandem
Prælia, lethifera gaudet inire manu.
At Cœlum, Expugnat primùm, deuiantia ſenſa,
Et Veri, hæreſeos nubila, luce fugat.
Inde Minas ſpargit, ſi obſiſtat dura Voluntas,
Et iacit extremi fulmina Iudicij:
Sic poſt Bella, Minas, ac Arma intendere, pulchrū eſt,
Nec NIHIL eſſe poteſt, QVI SONAT ISTA RETRÒ.

Wolffgangus Jöchlinger, Gracenſis,
Styria Prouincia Nobilis.



ALIVD.

IN WITAKERVM, MINIS BELLIGERANTEM.

QVi ſapit, Indicto fert Arma, Minaſq;, Gradiuo,
Ne nudo, temerè, fulmen ab ore. cadat.
Indicit Bellum, poſt Bellarminus, in Arma,
Inq; Minas properat, Bellaq; fauſta gerit:

At tibi, Bella Minis surgunt, finemq; capessunt
Bella Minis, NIHIL EST belligerare Minis.

Dominicus Iöchlinger, Græcensis,
Styriæ Prouinciæ Nobilis.

ALIVD.

IN AMAZONIVM POETAM, REGINEI PROFESSORIS.

QVi Bella, Arma, Minas, verso sonat ordine NIL EST.
Insanè insanus perstrepit Hæreticus.
Ergo MINARBELLVM, recto dico ordine vatem,
Cui, MINÆ ARBELLÆ mentem, animumq; tenent.

Ferdinandus Iöchlinger, Græcensis,
Styriæ Prouinciæ Nobilis.

DOCTISSIMO DOMINO FRIDERICO BRENNER, THESIVM propugnatori.

D. D. C. Q.

DVm FRIDERICE tuo, caderet Mauorte, recisa,
Lernæas crispans, hæresis atra, faces;
En tibi, Tartareus, patulum ferit æthera, clangor,
Eumenides dubio, statque, labatque, metu.
Busirim, magnumq; Libyn, sonat aula triformis,
Trinacrio mæstus funditur ore fragor:
Torpens tergemino, metuendus ianitor, ore,
Tænareæ linquit limina dira specus.
Nam ferus Alcides, regnatæ gloria Dirces,
Fertur ab Elysijs se retulisse iugis.

Hæc

Hæc vbi Theſſalicæ pietatis, inaudit Erichto,
Æmonijs vlulat, talia dicta, modis.
Alter, in exitium, Tirynthius editur, Orci;
Aut Alcmena parens edidit antè Duos.

Blaſius Iöchlinger, Viennenſis Auſtriacus.

ALIVD.

CVm Witakeri, contorta Sophiſmata, ſoluis,
Quis non Oedipotem te, FRIDERICE, putet?
Nec ſat: Mortiferos iaculum dum mittis in hoſtes,
Nunquid Deliacum te reat eſſe Deum?
In ſuperos etenim iacta argumenta refellis;
Pro ſuperis etiam, mutua tela iacis.
Ergo ambos ſuperas: Deuincis Oedipe ſphinga,
Arcitenenſque tuo ſubditur ingenio.

Stephanus Iöchlinger, Viennenſis Auſtriacus.

E mendis operarum emenda.

B.1.lin.13. poſt Caput, adde, Chriſtum. Pag. 1. a. lin.7. ναττ' ὅλον, *pro* καθ' ὅλον. *Pag.3.b lin.11.calumna, pro columna. Pag.8.a.lin.14. ſtirpatus, pro ſtirpitus. Pag.9.a.lin 26.deſertè, pro diſertè. Pag.10.b.lin.3. ſorditata, pro ſordidata. Pag.17 b.lin.3. ei, pro eo, lin.5. ſocceſſerant, pro ſucceſſerant, lin. 25. aduerſariur, pro aduerſarius, lin.26. poſiunt, pro poſſunt. Pag.18.a.lin 34.certum, pro certam, lin.35.habent, pro haberet. Pag.25.a.lin.34. latiſſimè, pro latiſſimè. Pag.32. b. lin.33. ſcriptas, pro Cryptas. Pag.33.a lin.16. Regec, pro Reges. Pag. 36. a. lin. 16. pura, pro purè. Pag 37.b.lin.29. qua, pro qui. Alia his ſimilia, & minuta magis, etiam non monitus, notabit Lector: vt cum inueniet, Lenam, pro Leuam. Eutichianos, pro Eutychianos. Hyppolitus, pro Hippolytus. Polytica, pro Politica. Synechdochen, pro Synecdochen. Chymeram, pro Chimeram. Inclitum, pro inclytum. Baratrum, pro barathrum. Ceditis, pro caditis. Quarebatur, pro querebatur, &c.*

FINIS.





